rum, & personarum recipiant separationem, ut tradit Bald.in
15 d.l.ampliorem.in princ.col.1.uers.sed quæro. Et † quia ratio
unius ab alio bene pōt discerni, ergo non connexa, ut dicit D.
Ant.& Imo.in c.cum inter, extra de re iud. & tradit Dec.in d.
c.si duobus.nu.16. in fi.& nu.seq. & per doct.in l.ēt.§.1.ff.de
mino.& per Bar.in l.Aurelio.§.idem quæsijt.ff.de liber.legat.
cum si.& stante diuersitate capitulorum prædictæ sñiæ, appło
interposita ab uno prosequi non pōt super alio, ut deduxi. Cō
sequenter ipse d.Alex. appellando aduersus D.Anto.& ab isto
solo c.ad quod illa uerba appłonis in dictis partib.ꝯrijs oīno,
& necessariò referenda sunt, non poterit talem appłonem pro
sequi aduersus d.Scipionem contentum in diuerso, & separa-
16 to capitulo dictæ sententiæ. Aduersus † autem prædicta vr̃
obstare decisio Ang. Areti.in d.l.3.§. sed illud, in principio,
nisi tollatur ex eo, quoniam in casu præsenti non est una sen-
tentia, sed plures, ut deduxi. Parisius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoria ab obseruatione iudicij, an sit diffinitiua, uel interlocutoria, & nu.2.3.*
3 *Lex properandum.C.de iudic.quo casu loquatur.*
4 *Si habetur effectus, non est de modo curandum.*
5 *Actus separati ad effectum habendum, an iungantur.*
6 *Probationes diuersæ coniunguntur ad unam faciendam.*
7 *An restitutio fiat aduersus decursam instantiam.*
8 *Medio alterius consequitur quis, quod ex se non posset habere.*
9 *Quando a statuto tempus statuitur iudici ad causam finiendam, eo decurso poterit adhuc causa terminari.*
10 *Identitas rei ex quibus probari possit.*
11 *Probatio per uisum efficax est.*
12 *Ad officium iudicis spectat, rem oculis exhiberi.*
13 *Etiam post conclusum in causa.*
14 *Probatio, quæ fit per euidentiam facti, ēt post sñiam recipitur.*
15 *Et ista nunquam censetur esse exclusa.*

CONSILIVM LXVII.

Si tenemus Sn͞iam primo loco latã, a qua fuit appellatum, fuisse, & diffinitiuã esse, instantia nõ p̃t dici perempta, ex quo terminus ipsius adhuc durat, & licet Io. Ant. fideiussor in d. sn͞ia appareat absolutus ab obseruatione illius iudicij, & ꝯñr videat᷑ inferri talẽ absolutoriã sapere interlocutoriã, ut in l. properandũ. §. & siquidẽ. C. de
1 iudi. cum conc. Tñ † vt plurimũ absolutoria ab obseruatione iudicij est diffinitiua, & non interlocutoria; ut tradit᷑ in l. quoties, la 2. ff. de sol. & in. §. fi. inst. de perpet. & tẽp. act. & p Bart.
2 quem cõiter sequunt᷑ scrib. † ibi in l. natural'r. §. nihil cõe in 3. lec. col. 3. uer. 3. lec. ff. de acq. pos. & per eundẽ Bar. diffusius in l. iusiurandũ & ad pecunias. §. fin. ff. de iur. iur. & per Bar. in l. Titia. col. 2. q. 2. ff. de accus. & per Ias. in repe. l. admonẽdi. nu.
3 80. de iu. iur. Et † tex. in d. l. properandum. §. & si quidẽ. loquit᷑, qñ profertur absolutoria ab obseruatione iudicij ea de cã, qm̃ instantia erat perempta, qđ minimè contingit in ista absolutoria. Et si pur diceret᷑, talẽ sn͞iam fuisse interlocutoriã, adhuc dr̃, instantiã minimè esse peremptam, ex quo protestatũ fuit iudici, ut cãm ipsam expediret, quo fit, ut instãtia minimè dici possit perempta: ut tradit᷑ in statu. sub rubri. de appel. car. 5. uersi. & si dicti iudices, ibi, saltem semel personaliter requisiti, & in alio statuto sub rub. de iudic. appe. car. 2. uers. si uerò causæ. & licet ibi dicat᷑, protestationẽ dr̃e fieri in p̃ñtia iudicis, & altera parte p̃ñte, seu legitimè citata, quæ non vñr in casu p̃ñti concurrisse, cum absente iudice in p̃ñtia partis fuerit facta, & die sequenti personaliter fuerit facta iudice & parte absente. Tñ adhuc replicari põt prima uice factam parte p̃ñte, & in loco tribunalis sufficere, cum die sequenti personaliter fuerit intimata iudici ea rõne: qm̃ per hos binos actus satisfactũ est mẽti & intentioni statuentium, considerantium sc͞iam iudicis, & partis ad effectum prædictum, quæ per d. binum actũ inducta
4 & notificata fuit & iudici & parti. Et † cum habeamus effectũ, de mõ minimè erit curandũ, ut diffusè per Bar. & alios allegãtes iura id probantia, in l. Gallus. §. & quid si tm̃, col. 2. ff. de li.
5 & posth. Prout † ẽt: quia ad talẽ effectum inducendũ isti bini, & geminati actus ꝯiungendi sunt, prout in si. ad inducendum vnũ effectũ coniungunt᷑ duæ leges in diuersis locis situatæ, vt exp̃ssè tradit᷑ in d. l. Gallus. §. ille casus, & p Are. in l. 1. in princ.
6 col. pe. ff. de acq. po. Et † in si. ad faciendam unam ueram probationem & effectum ipsius ꝯiungi possent diuersæ probõnum spẽs semiplenæ, ut plenè tradit᷑ per oẽs scrib. in l. admonendi. ff. de iu. iur. cum si. & per Bar. & alios oẽs in l. certi condictio. §. qm̃. ff. si cer. pet. Rursus tp̃s decursum a die p̃ñtationis commissionis super errore productæ, usq; in tp̃s eius signaturæ minimè currere dẽt in p̃iudicium porrigentis supplicationẽ, cũ facto Illus. D. eã non signantis tp̃s illud cucurrerit, & statutũ exp̃ssè disponat, durante d. tp̃e sup correctione erroris causam appl̃onis ipso iure fuisse suspensam, donec erroris cã fuerit terminata, ut est uidere in statuto sub rub. de app. car. 4. uers. & d. petitio correctionis. Et sublato, ac non cõputato d. tp̃e sumus ĩ. tp̃s instantiæ. Et si consideramus impedimentũ infirmitatis, qua vexatus fuit ꝓcurator sui ueri primi agẽtis cã, cuius impedimenti in instantia p̃dicta factæ fuerunt tres suspensiones ꝓculdubio erimus in terminis instantiæ. Tũ attenta disp̃õnẽ sta. sub rub. de cãis D. Antianorum, car. 2. uer. Insup, ordinãtis tale impedimentũ non hr̃e p̃iudicare clientulis, ẽt quò ad cursum & p̃emptionẽ instantiæ, ita ꝙ eo durante instantia censeat᷑ ipso
7 iure suspẽsa. Tũ † ẽt ꝯsiderata disp̃õne iuris cõis, saltim p remediũ restõnis in integrũ, ut diffusè allegãdo alios doc. ꝓsequit᷑
8 Marian. Soc. in tra. instã. 22. art. principali, & 23. ac. 24. Et † qa bñficio ac medio alterius p̃t & dẽt quis ꝯsequi, qđ ex seipso minimè ꝯsequi posset, ut hr̃ in l. si cõem. ff. quẽad. serui. ami. cum alijs plenè cumulatis p Fel. in c. 1. de p̃scr. & per Ias. in l. si emãcipati. C. de coll. ꝯñr Do. Nicolaus gaudere dẽt bñficio p̃dicti impedimenti cãti facto alterius. Aduertendũ est ẽt, ꝙ in p̃ñti iudicio agitat᷑ cã p̃enarũ, q̃ deducta est principal'r, non per uiam appl̃onis, cũ in 1. instãtia minimè apparet deducta, & cũ sim⁹ quò ad p̃enã in 1. instãtia, nulla cadit dubitatio circa non p̃emptionẽ ipsius. Accedat ẽt id, qđ hr̃ in l. 1. in fi. C. ut om. iu. tam ciui. q̃ mili. & qđ per illũ tex. tradit Bar. in d. l. properandũ. in prin. circa fi. & Bal. & alij ibi max. Pau. de Cas. col. 2. vers. Aut dirigit uerba, & Ias. n. 26. uers. limi. 1: & Fel. in c. pe. de iud. nu. 26. & Mar. Soc. in d. trac. in 12. ar. prin. uers. sed cõis opi. uolen-
9 tes, cõem esse sn͞iam, ꝙ † qñ a stã tu. tp̃s statuit᷑ iudici, adhuc eo decurso cã põt determinari, ut vr̃ esse ĩ statuto Bon. iudici tp̃s statuente. Et adduci p̃t illud uulgatũ, instãtiæ in casu dubio fauendũ esse, licet ex p̃dictis satis pateat, nos esse in claro, instãtiã videlicet ipsam minimè esse peremptã, in fauorẽ D. Nic. cũ ex
10 deductis in ꝓcessũ intentio sua sit bñ purgata. Et † sufficienter ꝯstet de eodẽ corpore & de identitate rei uenditæ p appositionẽ ꝯfinium, qui certã & determinatã reddit demonstrationẽ, ut p illum tex. dñt Bar. & alii in l. forma. ff. de censi. & idẽ Bar.
* quẽ * cõiter oẽs ibi sequunt᷑, in l. demonstratio. in prin. ff. de ꝯd. & dem. in 6. q. & in l. si rẽ. ff. de rei uend. & p Bal. col. 2. & alij scrib. ibi ponunt, in l. hac ꝯsultissima. C. qui test. face. pos. & est gl. 2. & ibi scrib. tradunt in l. si quis in fundi uocabulo, đ leg. 1. & per Alex. ꝯs. 39. in cã, & lite, col. 3. & ꝯs. 122. in cã, & lite, in
11 2. uol. & diffusè p Barb. ꝯs. 6. ĩ 2. uo. Eo † magis, cũ Mag. iudex, cuius ꝓpriũ erat ueritatẽ ipsam indagare. c. iudicantẽ. 30. q. vl. c. 1. de re iud. li. 6. cũ si. proprijs oculis res uẽditas, & corpora ipse inspicere uoluerit, ad decl̃onẽ maiorẽ retro actitatorũ in iudicio, & ut certior de ueritate ipsa redderet᷑; iuxta illud Ora. Certior aure arbiter est oculus, relatũ a gl. in uer. sed cũ, in §. fi.
12 inst. de grad. ubi tex. ẽt optimè probat illud idẽ. Qđ † quidẽ ad eius offm̃ spectabat: cũ res exigeret eã oculis subijci, ut in proprijs terminis est tex. & ibi oẽs scrib. notant, in l. si irruptione.
13 §. fi. ff. fi. regun. & p gl. in uers. aspectu, in l. eadẽ. ff. de fer. † Etiã si ꝯclusum esset in cã, ut in l. ubicunq;, & ibi scrib. tradunt. ff. đ interr. actio. & est gl. in uers. interrogationes, ubi doc. tangunt, in c. qm̃ ꝯ, ex̃ de prob. & gl. in uer. postquã. per illũ tex. optimè loquẽtẽ post ꝯclus. factã in cã, in c. cũ Io. heremi. ex̃ de fi. instr. & post alios Fely. ibi n. 12. adducit quã plures concor. & post Bar. firmat Alex. allegando plures dec. in l. 4. §. hoc aũt iudiciũ ff. de dã. infe. col. 4. n. 17. & duob. seq. & potissimũ in cãis summarijs, ut firmat ibi Ale. circa fi. q. & Fely. ubi. s̃. per gl. in uers. interrogabit, in cle. sæpe, de uer. sig. et per Ias. in repe. l. admo-
14 nendi. n. 62. & seq. ff. de iu. iur. Et † satis suadet᷑: quũ probatio, quæ inducit᷑ per euidentiã facti, ut est p̃ñs, proponi & deduci possit post sn͞iam, a qua non fuit appellatũ, ut est tex. in c. fra-
15 ternitatis, extra de frigi. & maleficia. Nunquam † .n. censentur esse exclusa. l. inde Neratius. §. fi. ff. ad l. Aquil. l. qui seruum. ff. de interrog. actio. c. 2. de purga. uulga. extra, & per Bal. in rub. C. de prob. & per Alex. cons. 57. uolu. 4. & per Lap. allega. 57. quoddam monasterium, col. pe. uers. sunt enim, ubi de prob. q̃ fit ad oculum uincente oẽm aliam, & ponit Are. in l. naturaliter. §. nihil commune, in 1. lec. ff. de acq. pos. Par. Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concedi potest per Imperatorem, & confirmari per dominum, cui ille est subditus, & n. 2.*
3 *Ciuitas quando possit concedere immunitatem, & n. 4.*
5 *Iusta causa est concedendi eam, propter benemerita.*
6 *Non enim isto casu potest dici concessa ex liberalitate.*
7 *Immunitas concessa an extendatur ad bona quæsita postmodum & n. 8. & seq.*
8 *Et quid si tractatur de magno præiudicio.*
10 *Si priuilegium non est coarctatum finibus rerum.*
11 *Et quid si indefinitè fuit concessa.*
12 *Et quid si expressè fuit concessa pro oneribus etiam futuris, & imponendis.*
13 *Et ista immunitas an liberet a collectis impositis pro refectione murorum.*
14 *Et quid si sunt impositæ propter belli necessitatem, & nu. 15. & 17. & seq. & 22. & 31.*
16 *Et an iste casus compræhendatur propter clausulas appositas in concessione, vt est ista, etiam si de illis opporteret facere mentionem, & alijs seq.*
17 *Verba priuilegij non debent esse frustratoriè apposita.*
18 *Cogitatio in genere an sufficiat, & n. 22. 24. sufficit isto casu.*
19 *Verbum, cæteris, similia expræssis includit.*
20 *Extraordinarium superindictum appellatur.*
21 *Verba generalia aliquid expræssis addere debent.*
22 *Et si sunt latissima, etiam maiora addunt.*
25 *Et quid si fuit dictũ, quòd extẽderetur ad insolita, & incõsueta*
26 *Cessante ratione cessat dispositio.*
27 *Clausula generalis subsequens, an & quando compræhendat maiora, & n. 28. 29.*

29 *Et quid si est appositum signum vniuersale, & geminatum.*
30 *Et quid quando, salua ratione recti sermonis, non possunt aliter stare.*
31 *Et quid si superior potest in bello aliter prouidere.*
32 *In concessione immunitatis an intelligatur exceptuata superioris auctoritas, si uellet hospitalitatem, uel aliud propter suum exercitum.*
33 *Ciuitas concedendo immunitatem, licet superiorib. non præiudicet, tamen sibi bene præiudicium affert.*

CONSILIVM LXVIII.

1 Quæritur Primò, † an immunitas concessa magni. antecessorib.& successiuè d.Io.& Cōstantino fratrib.de Serralonga Alben. de Monteferrato trahat̃ ad bona postea q̃sita,& in futurũ q̃renda. Cõsideratis uerbis, quibus cōcedit̃ dicta immunitas p seren.Imperator.in suo priuilegio confirmato p Ill.d.Marchio.Montisferrati,& ẽt consideratis uerb.quib.talis immunitas p̃dictis nobilib. concedit̃ per
2 ciuitatẽ Alben.Ad† cuius dubij decisionẽ primò aduertendũ est,an talis immunitas potuerit cōcedi,& cõsiderando illã cōcessam a seren.Imperatore confirmatã p Ill.Marchionem nulla cadit dubitatio,quin potuerit cōcedi,& ꝙ non sit ualida,ut in l.sunt mune.ff.de uaca.& excu.mune.& in l.uacuatis.C.de decur.lib.10.& p Bar.in l.hi q.ff.de iure immu.et ibi Alex.in apostil.et p eundẽ cōs.101.uisis instr̃is,uol.1.et cõs.30.col.3. uer.tñ ɔ̃riũ sentio,in 5.uol.et p Bar.in l.1.C. de decre. decur. lib.10.& p Abb.in c.2.col.5.& 6.de immu.eccl'a.& in c.accedentes,col.pen.de p̃scr.& tradunt scri.maximè Mod.in l.placet.C.de sacros.eccl.& Roma. ɔs.253.cũ alijs ɔcor.quæ ad id
3 adduci possent.Si † verò consideramus immunitatẽ cōcessam p ciuitatẽ Alben.vr̃ prima facie dicendum,ꝙ nõ potuerit concedi,cũ recognoscat superiorẽ,& ẽt quia apparet concessa suis ciuibus,ut nota.oẽs p illum tex.in d. l. uacuatis, tradit̃ ẽt per Bar.in d.l. hi qui,& p Alex.d.ɔs.101.& d.ɔs.30. Ponderatis, col.3.in 3.dubio,in 5.uol.& ɔs.194.ex themate p̃misso.& ɔsi. 207.Nec arguendi sumus,in 2.uol.& ɔs.148.nu.8.& duobus
4 seq.in 6.vol.incip.uisis quę in themate.¶†Tñ verissima est cōclusio,ꝙ ciuitas,& cõitas ex p̃dicta cã approbata bñ potuit cōcedere,ꝓut concessit,vt tradit gl.in d.l.vacuatis, quam approbant ibi Bar.Bal.Ang.Luc.de Pen.Io.de Plat. col.2 .& reliqui oẽs,& post Abb.tradit Fel.in d.c.accedentes,de præscr.& Bar. in d.l.hi qui,& melius in l.ambitiosa,col.2.ff.de decre.ab ordi.fac.& Alex.diffusè in ɔsi.s̃.allegatis,& ponit Vinc. Paleot. in consi.posito inter consi.Alex.49.Viso pũcto,col.5.vol.4.& Barb.ɔsi. ulti.posito in eo.vol.4.consiliorum Alex. & per Ro-
5 ma.d.ɔs.252.Et†inter alias cãs, illa potissimè approbata est, qñ ciuitas per stipulationem,& p ɔ̃ctum pp merita ɔcedit suis ciuib.immunitatem: tunc.n.ualidissima,& firmissima est concessio,ut firmat Bar.in d.l.ambitiosa,col.2.ver.q̃ro,utrũ liceat decurionib.& uer.seq.Itẽ q̃ro, ubi ꝓ hac ɔcl.adducit plura iura hoc ꝓbantia,& Alex.in apost. adducit decis.ɔcor. & idem Alex.plenius in d.ɔs.30.uol.5.col.1.in fi.& col.3.in 3.dubio, & col.4.ɔcludens,talem immunitatem non posse reuocari,argu.c.quod semel,de reg.iu.lib.6.cum alijs per eum adductis, & latius per eundem Vincen.Paleo.& Barba.d.consi. 49. col.
6 6.uersi.quibus tñ non obstantibus,& col.7.& d.ɔsi.ulti. uers. est considerandum,in 4.vol.cõsi.Alex. Et†magis in specie tangit idem Alex.d.consi.217.in 2.uolu.col.1.& 2.ubi vult,talẽ concessionem factam propter remunerationem non posse dici meram liberalitatem,& ꝙ nõ potest reuocari, qñ fuit facta per uiam ɔ̃ctus,& cum decreto,prout fuit in casu præsenti,adducit iura,& decisi.hoc probantes,& firmat etiam Fel.in d.c. accedentes,col.pen.in 9.& ulti.concluf.vbi allegat.d.ɔs.101. Alex.in 1.uol.& ibi Alex.expresè istud firmat,col.2.uersi. ex quo infertur,& col.5.ver.sed præmissis non obstantib.& col. 7.ver.Nec obstat,vbi adducens plura,quæ propter merita specialiter statuta sunt,concludit ciuitatem etiam posse suo ciui
7 concedere immunitatem propter merita per eundem prę stita ciuitati.¶†Quibus stantibus ad resolutionem dubii. An talis immunitas extendatur ad bona quæsita postea, & ad quærenda in futurum consideratis uerbis sere.Imperato. quæ generalia sunt,& indefinita,omissis pluribus,quæ adduci possent,dico talem immunitatem ad futura extẽdi debere, per tex. in c. quia circa,ex de priuileg.in antiq.ubi priuilegium exemptionis a decimis generaliter & indefinitè concessum extendit̃ et ad possessiones postmodum q̃sitas,& sequunt̃ doct. ibi maximè Abb.ubi allegando doctr.Bar.in l.si ita.ff.de au.& arg. lega.col.2.uer.Si verò esset oratio indefinita,uult, ꝙ si tractatur de magno pręiudicio,& futura potuerunt præuideri p disponentem: tunc ad illa fit extensio,quod bene adaptat̃ ad casum præsentem respectu ipsius Impera.qui bene potuit ista futura præuidere considerata generalitate uerborum ab ipso ꝓlatorum,de quibus in priuilegio,arg.nota in l.qui iure militari. ff. de testa.mili.& in l.sub prætextu.C.de transa.& dicetur in 2.
8 dubio.Prout†etiam ad futura dẽt extendi, esto ꝙ de magno præiudicio tractaretur: qm̃ in beneficijs largissima fit interp̃tatio ɔ̃ ipsum concedentem,& isto casu procedat tex. in d. ca.
9 quia circa,ut declarabat ibi Abb.respondendo ɔ̃riis.Et † licet plura hincinde pro & contra possent adduci, ut plenè tradũt scrib.omnes per illum tex.in l.si ex toto,in princi.de leg. 1.& Bal.consi.112.De generali natura,in 2.par.col.2.& 3.uer. Venio ad 2.& consi.459.super facto D.Cortonensis,col.2.versi. 2.quæritur,in 3.par.quod consilium est replicatum,& repetitum in 5.par.consi.407.super facto.d. Cortonensis, &ꝑ Alb.
10 Bru.in tract.de augumento.in 9.q.principali.Tamẽ † verior,
* & * communis conclusio est, ꝙ extendat̃ ad futura: cum tale priuilegium non sit coarctatum finibus rerum, ut concludit Bal.in pręalleg.consi.ubi conclusio. hanc ex plurib. compro-
11 bat lege & rõne.Et†magis in terminis istud firmat Alex.in d. cõsi.194.Ex themate,in 2.uol.maximè col.3.in 3.dubio, uer. nunc attingo, ubi vult,concessionem immunitatis indefinitè emanatam extendi ad futura,per l.si seruitus.ff.de serui.urba. predio.& per doctr.Bar.in simi.in l.si mihi & tibi.§.fi. de leg. 1.& per alia,de quibus ibi per eum, & faciunt not. per Bar.& alios in l.damni.§.si is qui uicinos,in fi.ff.de dam. infec.& per Ias.in l.quominus nu.138.ff.de flumi.& Moder.Papi. in d.l. si ex toto,col.2.id sequuntur,& nota.per Iaso.in l.qui filiabus
12 nu.13.de leg.1.Et†proculdubio conclusio ista procedit considerata concessione immunitatis facta per ciuitatem Alben. q̃ illam concessit nedum pro onerib.præsentib.sed etiam pro illis perpetuò imponendis,deinceps & in futurũ, & sic respicit futura onera imponẽda eodẽ modo,& bona futura,& quęrenda,ut dicit Imo.& Rom.in d.§.si is qui,cũ alijs adductis p Alb.Bru.in d.tract.de augumento,in 9.q.principali, col.2. & 3.quando tractat̃ de p̃iudicio concedentis ut hic,quo casu,cũ de futuris sit dictum, proculdubio ad futura fit extensio, ut punctaliter firmat Alex.d.consi.194.col.pe. uer. Præterea uerba concessionis,& uer.seq.& uolunt repe.in d.l.placet,col. pe. in fi.& col.fi.in prin.tradentes cautelam,ad tollendam dubitationem,ut ponatur etiam pro futuris,prout hic fuit expressè positum,& ɔ̃nr nulla erit ambiguitas, talem immunitatem extendi ad futura,& ad postmodum quærenda.¶ Circa secundum dubium,quo quærit̃.An per talem concessiouem immunitatis excusent̃.s̃.dicti nobiles a solutione collectæ impositæ pro refectione murorum pp suspicionem,seu necessitatẽ guerrę imminentis,q̃ tñ principi,seu ciuitati non est indicta. Pri-
13 ma facie vr̃ dicendum,ꝙ non.Nam†licet exempti nõ teneantur soluere collectas postmodũ imponẽdas, ut post antiq.tradunt Pau.Ale.& Mod.in d.l.si ex toto,in prin.de leg. 1. vbi ad id plura cumulant,& tradit etiam Pau.de Ca.consi. 187.Notandum est,col.pe.vol.2.& Moder. repeten.in l.centurio nu. 138.Et maximè qñ est facta expressa mentio de futuris oneribus imponendis,ut fuit hic,ut tradit Alex.d.consi.194. colu.
14 pen.uersic.præterea verba,uol.2. Tamen†istud procedit, nisi tales collectæ imponantur propter necessitatem belli: tunc.n. exempti non excusantur,ut firmat Cyn. et Alber. in d. l. si ex toto,in prin.et ibi hoc firmat Alexan.post Dyn. col. 1. et 2. et Socy.in 3.conclusi.et diffusius alijs Ias.col.2.& 3.vbi adducit plures decis.conco.& uoluit ẽt Bal.in l.iubemus. C.de sacros. eccl.quem refert Ias.in §.Item Seruiana,col.23.nu.108.insti. de act.& do.Ant.in c.peruenit,extra de censi.& Cępol.in caute.suis car.mihi.10.col.4.& seq.incip.Quia priuilegiũ immunitatis,uolens a prędictis exemptum nõ excusari,nisi expresè hoc dictum fuerit,& remissiuè tangit Ias.in d.l.placet,nu.17.
15 et repet.ibi.col.fi.in fi.istud idem firmant. Prout†etiam facit Alberi.de Rosa.in 2.par.statutorum, quæst.138. statutum est ciuitatis,et tangit etiam Abb.conf.3.casus,super quo,et d.Io. Bapt.de S.Seuerino in repet.l.oẽs populi,nu. 163. ff.de iusti. & iure.

16 & iure.Nec†illæ clæ positæ in ꝯctu celebrato p ciuitatem, videlicet hre uoluerunt pro expressis &c.& et illa uer. Etiam si
de ipsis oporteret facere mentioné,non inducunt,ut compre
hendat casus belli forte incogitatus,ut plenè tradit post alios
Ias.in l.sed & si quis.§.quæsitũ.ff.si quis cautio.in opposi. nu.
3.& et nu.28.dum rñdet ad l.oés.C.de pſc. xxx.ann. & tradit
Fel.in c.nõnulli,col.5.& 7.ac.8.uer.hæc,& similia,ex de resc.
17 & in d.c.accedentes,col.3.de pſcri.¶†Istis tñ non obstã.con-
sideratis uerbis priuilegij sere.Impera.ibi,& cæteris grauami
nib.quibuscunq; et nominib.appellari ualeant,uerior vr con-
clu.ꝙ talis immunitas extendat ad collectas imponendas pp
guerrã: qm.d.uerba, si ad istud non extenderent,frustratoria
fuissent,& nihil operarent,& verbis pcedétib. nihil adderent
ꝯ mētem ꝯcedentis,& ꝯ not.in c.si Papa.de priui.lib.6.& in l.
si qñ.de leg.1.& plenè p Alex.& alios post Bar. in l.4. §.ꝑtor.
18 ait.ff.de dam.inf.& per Bal.in rub.C.de ꝯh.emp.q.9.Et † ꝗ
p dicta verba ipse princeps saltim in genere cogitauit de isto
casu,ꝯñr ad illum fieri dēt extensio, argõ not.in l.qui iure mi-
litari,& in l.sicut certi.ff.& C.de test.mili.& p Alex.consi.30.
col.2.uol.5.cum alijs adductis p Fely.in c.nonnulli,col.7.8.
19 & alijs seq. ex de rescri. Et†et quia licet verbum,cæteris, in-
cludat similia expressis,auth.si fugitiui.C.de ser.fug.tñ in pce
dētib.expresse dictum est de oneribꝫ.exordinarijs,& ita ista ex
20 traordinaria est.Nam†superindictum appellat,ut in Rub. de
superindic.lib.10.ubi Bar.& alij not.& p Mod.in d. l. placet.
21 n.14.Et†et quia dicta uerba oĩo debent addere aliquem ca-
* sum superius expressis,ut Bar.qué cõiter*alij sequunt in l.sed
& si quis.§.quæsitũ.col.fi.ff.si quis cautio.& Cano.in c. sedes,
ex de rescri.vbi plenè post alios tangit Fely.col.pe.in 5.decla-
ratione,& bñ ad istud adaptant,quæ tradit Pau.de Cast. in d.
l.si ex toto,& q̃ statim dicent.Si verò ꝯsideramus verba,quib.
conceditur immunitas p ipsam ciuitatem Alben. proculdubio
comprehẽdunt istum casum,dum p̃dictis nobilib.ipsa ciuitas
ꝯcedit immunitaté ab oĩb. oneribꝫ. impositis,& in futurũ im-
ponendis et insolitis,& ꝯsuetis,& incogitatis,& oĩb.aliis, quæ
cogitari possent,et si talia essent,quæ de se non includerentur
in gñali uel spāli ꝯcessione,q̃ verba apertissimè casum præsen
tem includunt,ex quo per ea dicti ꝯcedétes bñ cogitarunt de
isto casu,saltim in genere,& immunitas et traheret ad istum
casum necessitatis,& talis cogitatio ad casum pñtem sufficiēs
est,ut casus iste sub dicta ꝯcessione immunitatis comprehen-
22 dat.Et†ita limitant oés decis.superius in ꝯrium allegatæ,uo-
lentes ꝯcessionem immunitatis non extendi ad collectã, quæ
imponitur pp necessitatem belli:nam istud est verum, nisi in
genere de hac esset cogitatum tpe ꝯcessionis: tunc.n.extendit,
& casus iste cõprehendit,ita in terminis nr̃is dicit Pau.de Ca.
in d.l.si ex toto,in prin.col.1.uer.alij tenēt, ubi probat istud
triplici rõne,& sentit Soc.ibi in 2.ꝯclu.& clarius, & apertius
istud firmat Alex.d.ꝯs.30.vol.5.colum.2.uersic.nec et obstat,
23 ubi hoc probat rõne,& l.& ulterius rñdet ꝯrijs.Et†ibidē col.
pe.in 6.dubio,istud idem comprobat uolens, ꝙ per illa uerba
gñalia & latissima includantur maiora expressis,tunc conside
rando dictionem gñalem quibuscunq;,& dictionem quoquo
modo,& similes geminatas,quæ oĩa, & multo plura concur-
runt in casu nostro,ut patet ex uerbis dictæ concessionis. Et
24† comprobátur ista: qm decisiones superius allegatæ in ꝯriũ
ea ratione ꝓcedunt:qm de isto casu nõ vr fuisse cogitatũ tem
pore concessionis tanquam insolito, & inconsueto, & iõ non
venit,arg.tex.in l.fistulas.§.frumenta.ff.de ꝯh.empt.& eorum
quæ tradit Barto.in l.Seio amico.§.medico. ff.de annuis lega.
& plenissimè per Bar.& alios in d.l.sed & si quis.§.quæsitum,
& per Cano.in d.c.sedes.& ita punctaliter dicit Soc.post alios
25 in d.l.si ex toto,in 4.conclu.& et Mod. ibi. Quæ†ratio peni-
tus cessat,quando ꝯcedens expresse dixit, immunitatem debe
re extendi ad insolita & inconsueta & incogitata, ꝓut fuit hic
tũc.n.omnia ueniunt,cũ expressa fuerint,ut hr in d.§. frumen
ta,& tradunt oés in d.§.quæsitũ,& in d.c. sedes, vbi post alios
Fely.col.3.& 4.& punctaliter hoc uult Pau.de Ca.in d.l. si ex
26 toto,& Alex.d.consi.30.col.& ver.prælle. Et†cessante ratio-
ne decisionis eorum,quę in ꝯrium.s.sunt adducta, etiam ces-
sare debet eorum dispositio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.pa.
27 & c.cum cessante,de appella.Prout†etiam: quia licet soleat di
ci per clausulam generalem post aliqua expressa nõ uenire ma
iora,ut plenè traditur in d.§.quęsitum,& in d.ca.sedes, tñ istud
fallit,qñ in generali clausula esset posita dictio ampliatiua,ꝓ
28 ut fuit hic.Tunc†enim ueniunt maiora expressis,ut tradit gl.
2.iuncto tex.in cle.1.de re iudi.& ibi no.Imo.& Io.And.in c.
1.de vsur.li. 6.in nouel.& Inn.in c.dilecto,de offi.Arch. cum
alijs alle.per Fel.in d.c.sedes.col.6.in 2.declaratione. Et in ca
29 su nostro tradit Alex.in d.ꝯs.30.col.pen.in 6. dub. Et † idem
etiam est dicẽdum,qñ est appositum aliquod signum uniuer-
sale quibuscunq;,ut fuit hic,& geminatum,ut tradit Fely.alle
gando originales decis.in d.c.sedes.colu.7.in 4.declaratione,
& in terminis nostris tradit Alex. in d. consi.30.col.pen.in 6.
30 dub.Prout † etiam: quia tales clausulę appositę in dicta con-
cessione,salua rõne recti sermonis, nõ possunt bñ stare,nec a-
daptari,nisi uenirent maiora expressis,& iõ sub illis ista cõpre
henduntur,& ꝯñr casus noster,cum ponantur dispositiuè, ut
dicit Bar.& alij in l.si de certa.C.de transa.& Cano.in c.1.ex-
tra eo.ti.& Alex.consi.62.super pręmisso themate.col.6. uol.
31 1.& Fely.col.9.in d.c.sedes,in 6.declaratione. Prout † et ꝯria
cessant ex his,quę tradit Socy.in d.l.si ex toto,in 3. conclusio.
dum vult, immunitatem non extendi, si imminet necessitas
belli,qñ superior non põt aliter prouidere, nisi collecta impo
natur exemptis,quæ rõ cessat in casu pręsenti, ex quo ꝓuideri
põt dictę necessitati,etiam si dictis nobilib. non imponat, cũ
p alios solui debeat,& possit,ut statim dicetur.¶Circa tertium
dubium,quo quęritur,an in exemptione p̃dicta concessa ipsis
nobilib.a dicta ciuitate,intelligatur excepta auctoritas impe-
rialis,cuius p̃textu fuit impositum onus hospitationis. Aduer
tendum primò est,ꝙ consideratis priuilegijs Serenissi. Impe-
rato.insuper confirmatis per Ill.d.Marchionem, & etiam atté
tis saluisguardijs prædictis nobilibus concessis per locumte-
nentes ipsius Impera.in Italia moram trahentes,non cadit ali
qua disceptatio, an intelligat in tali concessione exceptuata au
ctoritas Imperialis, ex quo talis auctoritas non ꝯriat p̃dictæ
32 concessioni,quinimmo ipsam approbat & cõfirmat. Si†uerò
dicta priuilegia Impera. & saluæguardiæ non sunt in. conside
ratione in tali ꝯcessione facta per dictam ciuitatem,semper in
telligeret excepta auctoritas superioris,nec illi ciuitas ipsa in-
ferior potuit pręiudicare,ut tradit per Cano.per illa iura in c.
uenientes,de iureiu.& in c.constitutus,de rescr.& est bona gl.
pe.& ibi tradit Gemi.in c.quæ ꝯ mores.8.distin.uolens, ꝙ in
omni pacto intelligatur excepta auctoritas superioris, & tra-
dit Bar.& ibi Ias.plura cumulat col.2.in l.fi.ff.qui satisd. cog.
33 Et†licet ipsa ciuitas cõcedendo immunitatem prædictã ipsis
nobilib.non potuerit p̃iudicare ipsi Imperatori, vt plenè post
Abb.tradit Fely.in d.c.accedentes,de pręscri.col.antepe.in 1.
conclusio.ubi concor.deci.adducit, tñ bene sibi præiudicauit
cum eam concesserit nobilibus per viam cõtractus & propter
benemerita antecessorum,& sic in uiã remunerationis,quo ca
su cõitas tenet soluere portionem pro rata tangente dictos no
biles exemptos,ita gl.in d.l.uacuatis.C.de decur.libr.10.quã
ibi sequuntur omnes scrib.& per Bar.Imo.Alex.& Mod. in l.
ab omnibus,in prin.de leg.1.& per Mod.in l.auus.col.pen.ff.
de pact.& sequitur Abb.& Fel.adducens alias decis.in d.c.ac-
cedentes.col.pe.in 8.conclusio. Parisius Paduæ.

S V M M A R I V M.

1 *Supremi principes possunt concedere immunitatem, & exemptionem.*
2 *Ita etiam possunt concedere eam alij domini suppremi comites, & Marchiones, si ipsis a suppremo principe talis facultas fuit attributa.*
3 *Marchiones & alij domini in eorum territorio dicuntur habere iura imperialia, & in illis possunt facere ea, quæ potest ipse imperator.*
4 *Immunitas & exemptio concessa reddit immunem exemptum a grauaminib. & impositionib. et futuris ac imponendis onerib.*
5 *Concedentes immunitatem non possunt illam reuocare, tenentur namq; eam obseruare, & custodire.*
6 *Coloni etiam dictorum exemptorum gaudere debent dicta immunitate concessa principaliter rebus, & prædijs.*
7 *Immunitas & exemptio potest longo tempore præscribi.*
8 *Et præscripta non potest tolli, sed obseruanda est.*
9 *Noua vectigalia et collectæ, et noua grauamina ĩponi nõ debēt.*
10 *Reseruatio conseruat ius personis, ad quas dirigitur.*

CONSILIVM LXIX.

1 Potest Concedi † immunitas & exemptio p supremos
principes: vt aliqua pdia & illorum possessores
non teneant soluere collectas, grauamina, angarias, & alia one
ra, q̄ in futurũ ɔtingeret imponi, & ɔcessio ita facta ualida est,
& firma. l. sunt munera. ff. de vaca. & excu. mune. l. vacuatis. C.
de decu. lib. 10. p Bar. in l. 1. C. de decr. decur. eo. lib. & eundẽ
in l. hi qui. ff. de iu. immu. ubi Alex. concor. citat, vt ipsemet fa
cit ɔs. 101. uisis instr̄is. uol. 1. & ɔsi. 30. col. 3. uer. tñ ɔ̄rium sen
tio. uol. 5. & per Abb. c. 2. col. 5. & 6. de immu. eccle. & in c. ac
cedentes. col. pen. de p̄sc. tradunt scrib. maximè Mod. in l. pla-
2 cet. C. de sacros. ec. post Roma. ɔs. 252. Et † ita potuit ɔcedi per
Illu. Marchionem Mantuę q. Antonio de Vanazino, & succes-
siuè eius successorib. respectu possessionis caprianæ, cũ ipsis. d.
Marchionib. talis potestas a Cęsarea Maiestate attributa appa
reat, & ɔcessa appareant regalia ad no. in l. munerum. §. patri-
moniorum, in uer. prætera. ff. de mune. & hon. & ibi not. Bar.
in fi. prout idẽ facit in d. l. hi qui, & in l. 1. C. de mulier. & in
quo lo. col. 4. ver. quæro an. lib. 10. Ang. ibi no. col. 4. uer. 4. q̄-
ro, & Ale. ɔs. 37. & 70. col. 4. vol. 2. & Cor. ɔs. 268. in lr̄a. F. uol.
4. iunctis no. in c. 1. in ti. quæ sint regal. & p Alex. ɔs. 147. uol.
3 2. Et † quia prædicti Marchiones in eorũ territorio habent iu-
ra imperialia, & in illo possunt facere ea, q̄ ipse imperator, ſm
Pau. de Cast. ɔs. 279. col. 2. in fi. & colu. 3. & fi. & Cuma. consi.
158. & 162. & Alex. cõs. 62. uisis. vol. 2. citatum per repe. in d.
l. placet. col. 11. uer. item addatis, & versi. & intelligatis, & per
Bal. in d. c. 1. in fi. quæ sint regal. & Fely. in c. quæ in ecclesia-
rum. col. 13. uer. sed hanc declarationem, de constitutio. Ma-
4 gnificus igit comes Nicolaus de Archo possessor dictæ uillæ,
& possessionis caprianæ, & repræsentans medio magnifici do.
Odorici eius patris personam. d. Antonij Vanazini astringi nõ
pōt ad soluendum dicta onera, & grauamina imposita post di
ctam concessionem immunitatis, cum ab illis imponendis sit
exemptus, & liber, ut post antiq. tradunt Pau. de Ca. Alexan. &
Mod. in l. si ex toto, in prin. de leg. 1. adducẽtes alias decisi. &
tradit ẽt Pau. de Ca. ɔs. 187. notandum est. col. pe. uol. 2. & ma
ximè qñ facta est in ɔcessione expressa mentio de futuris gra-
uaminib. & onerib. prout fuit in pñti casu, ſm Alex. ɔs. 194.
5 in 2. uol. Nec † dicti Illu. Marchiones possunt talẽ ɔcessionem
immunitatis reuocare, cũ facta appareat p uiam ɔ̄ctus, ad ple-
nissimè tradita in c. 1. ex̄ de prob. p Abb. & Fely. in d. c. accedẽ
tes. col. pe. in 8. conclu. p Bar. Imo. Alex. & alios in l. ab oĩb. in
prin. de leg. 1. & p Mod. in l. auus. col. pe. ff. de pac. & arg. eorũ
quę habent in l. sicut. C. de act. & obl. & in l. in commodato.
§. sicut. ff. commo. & eorũ q̄ habent in c. qđ semel, de reg. iur.
lib. 6. & in terminis p Alex. d. ɔs. 30. col. 4. uol. 5. & ɔs. 49. uol.
6. uersi. quibus tñ, & col. 7. & cõsi. vlti. col. 8. uer. est considerã
dum, in 4. vol. & melius consi. 217. colu. 1. & 2. in 2. uolu. &
consi. 101. col. 5. ver. sed præmissis, & col. 7. uersi. Non obstat,
6 in 1. vol. Et † pariter coloni cultiuantes, & colentes possessionẽ
prędictam gaudere debent dicta immunitate, & exempti sunt
a dictis grauaminibus, cum concessa sit prædijs, possessionib⁹,
& uillę prædictæ, ut est de mente Bar. in l. 1. C. de ann. & trib.
lib. 10. et sequitur Io. de Plat. col. pe. et faciunt not. per Bar. in
l. litibus. col. fi. C. de ag. & censi. lib. 11. & per Alex. cons. 34. in
5. uol. & per repet. in d. l. placet. col. 14. uer. item nec colonus,
7 col. 19. ver. item dicatis. Prout † etiam ipse comes Nicolaus &
eius coloni gaudere debent immunitate prædicta considera-
ta longissima præscriptione procedente cum titulo & bona fi
de, iuxta no. per Bar. Ang. Pau. de Cast. & alios in l. licitatio. §.
earum. ff. de publi. & per Bal. consi. 125. quæstio uertens, in 1.
uol. & Alex. consi. 30. ponderatis. col. 4. ver. quò ad quintum,
in 5. uol. & consi. 126. in causa. col. pe. in fi. in 2. uol. & Corn.
8 consi. 44. in hac consultatione. col. pe. in 7. uol. & consi. 20. in
præsenti. col. 5. in 3. uol. & consi. 199. in lr̄a. M. vol. 1. Et † talis
immunitas, & exemptio pręscripta tolli non pōt, ſm Bar. in l.
9 quod semel. ff. de decre. ab ordi. fac. & in d. l. hi qui, in fi. et per
Bertachi. in tract. de gabel. in 9. q. 1. par. Et † considerata con-
cessione dictæ immunitatis, et exẽptionis, nec nõ & ipsius prę
scriptione, quæ de nouo imponuntur, & prætenduntur exigi
per ministros, & officiales Ill. Ducis Mantuæ, apertè sapiunt
impositionẽ nouorum uectigalium, & nouorum grauaminũ,
& onerum, quæ penitus prohibita sunt, toto tit. C. no. uect. im
po. non pos. d. l. licitatio. §. earum, ubi scrib. concord. citant, et
per Luc. de Pen. in l. 3̄. nu. 12. & seq. C. de re mili. & Spe. in tit.
de feud. §. qm̄, uer. & nota ꝙ uasalli, & Io. And. ibi, & repet. in
d. l. placet. col. 11. uer. item addatis, & Alb. Bru. consi. 32. col.
10 1. & 2. Nec † istis habet obstare, si diceretur, aliqñ colonos, &
detinentes dictam posses. & villam caprianæ fuisse coactos ad
soluendum collectas, grauamina & onera. Nam non propte-
rea sublata fuit dicta immunitas & exemptio, consideratis lite
ris dictorum Illu. Marchionum, & Ducis declarantium per ta
lem exactionẽ non induci aliquod prẹiudicium magnifico co
miti Odorico, comiti Nicolao, nec colonis, & alijs detinentib.
dicta bona, quæ declaratio, & reseruatio iuris eo magis confir
mauit immunitatem prædictam, ut hr̄ in c. cũ uenerabilis, de
exceptio. cum alijs plenè nota. in c. solicitudinem, de appel. &
in c. cum. M. Ferrariensis, de consti. per Bar. & alios in l. nõ so-
lùm. §. morte. ff. de oper. no. nunc. Istis igitur consideratis aper
tissima resultat conclo, dictum magnificum comitẽ Nicolaũ,
eiusq; colonos & laboratores pdictæ possessio. & uillæ debe-
re gaudere, & frui dicta exemptione, & immunitate, nec esse
uexandos in illa, quinimmo manutenẽdos, & ɔseruandos: qm̄
Illustr. Dux Mãtuæ nõ potest de iure illam infringere, & astri
ctus est illam obseruare, & per suam Illustr. D. præcipiendũ &
iniungendum erit officialib. ministris, & alijs quibuscunq; de
putatis, & deputandis, ne decetero, & in futurũ sup dictis ha-
beant uexare, & molestare Magnificũ comitẽ Nicolaũ, eiusq;
colonos & laboratores dictæ possessionis, & ꝙ ab ipsis nõ ha-
beant aliquid exigere ratione collectarum, onerum, vectiga-
lium, & aliorum grauaminum iuxta concessionem, & tenorẽ
immunitatis, & exemptionis prædictę ɔcessę a suis Illustr. prę
decessorib. prędicto Anto. de Vanazino, & successiuè magni-
ficis dñis comitib. Odor. & Nicolao de Archo. Paris. Bon.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex potest concedere immunitatẽ & exemptionẽ.*
2 *Clausula sine præiudicio alicuius, qualiter sit intelligenda, et n. 4. 5. & duob. seq. & nu. 12. & seq.*
3 *Geminatio enixam ostendit uoluntatem.*
4 *Gratia & priuilegium non debet interpretari, ut nulliter dicatur concessum.*
5 *Nec debent reddi elusoria.*
6 *Quis non debet sibi ipsi esse contrarius, & nu. 11.*
7 *Contrarietas fugienda.*
8 *Absurdum fugiendum, & cessare debet, & nu. 11.*
9 *Et ideo debent aliquid operari.*
10 *Clausula, sine præiudicio, apponitur ad cautelam abundantem.*
11 *Non debet priuilegium repugnantiam continere.*
12 *Clausula sine præiudicio, intelligitur præterquam in concessione continetur.*
13 *Clausula generalis non trahitur ad expresè ordinata.*
14 *Gratia immunitatis & exemptionis in cuius damnum debet interpretari.*
15 *Et si præiudicat tertio debet intelligi de præiudicio modico.*
16 *Nisi uerba priuilegij id non patiantur.*
17 *Non requiritur derogatio iuris tertij.*
18 *Valles dicuntur eße eorum, quorum sunt prædia.*
19 *Et quando essent publicæ, omnes habent conferre, ut desiccẽtur.*
20 *Et quando sunt priuatorũ, onus desiccandi tangit priuatos tãtũ.*
21 *Eo maximè si ipsi fuere impedimento: vt aquosæ redderentur.*
22 *Et habentes prædia superiora non tenentur conferre.*
23 *Et ad eos cogendos actio non cõpetit habentib. prædia inferiora*
24 *Sine actione nemo experitur.*

CONSILIVM LXX.

Inherendo dictis excellẽ. do. Ludouici fratris ho-
norandi dubitare minimè ɔtingit, Sũ
1 mum † Pont. Berto, suisq; liberis, & descendentib. potuisse im
munitatẽ, & exemptionẽ, de qua mõ agit, & respectu psonarũ,
& bonorũ ɔcedere, uti ɔcessit. l. sunt munera. ff. de uaca. mun.
l. hi qui. ff. de iu. immu. l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. cũ ɔcor.
Et ꝙ uoluerit immunitatem, & exẽptionẽ ɔcedere satis patet
p breue sup prędictis expeditũ: cũ itaq; ɔcurrat potẽtia, & uo-
luntas concedentis, Bertus ipse gaudere dẽt dicta immunitate
2 & concessione. Nec † habet obstare clausula in dicto breui ap-
posita, sine alicuius prẹiudicio, nam apposita apparet in ɔces-
sione

sione ciuilitatis, dum Pōtifex ipsum ciuem facit ciuitatis Bononiæ, & in medio ipsius capituli apponit̄, nec referēda est ad caput immunitatis, & exemptionis separatum, & ab alio disiūctum, ut apertè colligit̄ ex verbis sequentib. in quib. agit̄ de ciuilitate, & denuo ibi apponit̄ dicta clausula. Vñ cū geminatè, & reiterato apposita sit in capite ciuilitatis, minimè trahenda erit ad caput immunitatis, & exemptionis, ex quo habuit in dicto capite ciuilitatis specialem prouisionem, & determinationē, & intra illud tm̄ fuit apposita: ut tradit Bar. ī l. talis scriptura. §. fi. uer. qñq; in dispositione, & ver. 1. si in pcedētib. de leg. 1. & p Mod. in l. 1. C. de lib. & posth. & ī l. 3. §. filius. ff. eo.
3 & p Can. in c. requisisti, de appel. Quæ† geminatio enixam uoluntatem, & pcisam pcedentis demonstrat ad qđ caput cl'a pdicta uenit applicanda, iux. l. balista, vbi scri. ff. ad Trebe. & per Bar. in l. cum scimus. C. de ag. & cēsi. lib. 11. Et si quis d. cl'am referre vellet ad oīa, & illam applicare ēt ad caput immunita
4 tis, & exēptio. adhuc minus habet obstare. Nam † ita gnal'r eā referendo, & intelligendo, cū talis gr̄a, & priuilegium non potuisset pcedi sine piudicio alicuius, sequeret̄, Pontificem gr̄am nullam uoluisse pcedere, & frustratorium, & nullum actū facere ꝯ ea, q̄ hn̄r in l. non solùm. ff. de acti. & obli. & in l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut legat. no. cau. & in l. quoties. ff. de reb.
5 dub. & de verb. obl. cum vulg. Sequeret†ēt, ꝙ talis sua pcessio fuisset elusoria ꝯ ea, q̄ hn̄r in c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. & in l. si pr̄. §. non solùm. ff. ad mace. & per gl. fi. in c. quāquam de vsur. lib. 6. & per Mod. in l. 1. §. ueteres. ff. de acq. pos. Prout
6 †ēt sequeret̄, ꝙ Pontifex ipse eodem ptextu seipsum immediate corrigeret, ꝯ. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. & sibijpsi esset ꝯriꝰ, ex quo pcederet immunitatem, & per talem cl'am es-
7 set sine effectu, & sic non pcederet. Quæ†ꝯrietas fugienda est
8 c. vbi repugnantia, de reg. iu. lib. 6. l. 1. C. de ser. fug. Ne†igitur ista absurda sequant̄ ꝯ. l. nam absurdum, cum si. ff. de bo. liber. necessariò dicendum sequit̄, talem gr̄am, & priuilegium debere sortiri effectum, ēt si tertio piudicaret, cum aliàs nihil operaretur, ꝯ no. in c. olim, de ver. sig. cum concor. & tradit Cald. in disputa. sua relatus ab Ale. in l. 4. §. ptor ait. col. fi. ff. de dam. infe. & per Fely. & alios in c. super eo. ff. de off. dele. & p Mod.
9 in l. si quis ita. ff. de vulg. & pup. Quæ † comprobant̄ ex dictis p Io. And. in rl'a indultum, de reg. iur. lib. 6. in mercuria. circa fin. dum loquit̄ de priuilegio, vt quis recipiat̄ in monacū, qđ ut aliquid operet̄, intelligi dēt, ut monacis non licet eum uolūtariè repellere, ēt intra annum, licet in priuilegio intelligatur
10 illa cl'a, saluo iure anni concessi ad probationem. Facit†etiam quod uult Cuma. conf. 116. Innocentius Septimus, in fi. dicēs talem cl'am, sine præiudicio, quę solet apponi ad abundantem cautelam, debere interpretari, & restringi ad hoc, ut aliquid
11 operet̄. Et†ne ista sequantur absurda, concessionem, & gr̄am Pōtificis intelligere, & interpretari debemus, ne in se repugnātiam seu ꝯdictionem contineant, ut tradunt oēs per illū text.
12 in c. inter dilectos. ver. porrò, ex̄ de fid. instr. Et†interpretatio erit huiuscemodi, ut gr̄a, & concessio immunitatis sortiat̄ effectum, & sit ualida, & illa cl'a, sine alicuius piudicio, intelligat̄. s. præterquā in ipsa gr̄a, & priuilegio expressum fuerit, ut in fi.
* voluit Bar. quē* cōiter sequunt̄ doc. allegantes pcor. in l. fi. §. idem quæsiuit. ff. de cōdi. inde. ver. circa prædictam cl'am, ubi dr̄, ꝙ si in instr̄o exprimit̄, talis sciens se ad infrascripta nō teneri, promisit &c. nihilominus talia verba debent intelligi pterquam ex cā infrascripta, & instr̄o expressa, & istud rōne ꝯ-
13 rietatis euitandæ. Quod†eo magis in casu nr̄o suadet̄: cum talis cl'a sit gnalis ꝯnr non trahenda ad expressè ordinata, & decisa in eadē dispositione. l. doli clausula. ff. de ver. obl. & p Bar. in d. l. talis scriptura. Et quia Pontifex prædicto Bar. immunitatem, & exemptionem pcessit oīum onerum personalium, & realium, ordinariorū, & exordinariorum, ac collectarū, & grauaminum, statuendo ꝙ non deberet supportare uel soluere talia onera, & grauamina, nec ad ea posset cogi, & ꝙ penitus esset separatus a commitatiuis commitatus Bon. Dubitandum minimè erit, quin ipse nō dēat gaudere dicta immunitate, & exemptione: cū Pōtifex istud uoluerit, & potuerit facere, ut di
14 ctum est. Nec†in casu pn̄ti, nec in pn̄ti iudicio uenit discutiēdum ad cuius incōmodū portio dictorū onerū, & grauaminū tangens ipsum Bertū sit applicanda, & referēda, an accrescere debeat alijs comitatensib. an verò ad incōmodū ipsius pcedētis, & cameræ. Nā istud inter eos agitandū est, & Bertus ipse liberas hēt sedes: vt gaudere. s. dēat immunitate, & difficultatē hāc plenè attingunt Bart. Imo. & Mode. in l. uacuatis. Abb. & Fel. col. pen. in 8. conclus. in c. accedentes, ex̄ de præscr. Pau. de Cast. & Mod. Papien. in l. auus. ff. de pac. cum si. ubi concludere uident̄, istud potius redundare in præiudicium concedentis, & sic cessabit damnū tertij, & erimus ex̄ difficultatē. ¶Et
15 si dicatur, ꝙ priuilegium, & gratia bene poterit piudicare tertio, qñ tale præiudiciū est leue & modicum, secus si esset magnum, & graue, iuxta plenè tradita post gl. per doc. in l. fi. §. in
16 computatione. C. de iure delibe. Tamen†istud tollitur, qñ priuilegium non posset aliquid operari, & qñ p uerba in priuilegio posita apparet, concedentem uoluisse piudicare tertio, vt est, si conceditur priuilegium, ne quis teneat̄ soluere decimas, cum nam ipso facto apparet esse cōcessum in piudicium tertij, cui
17 de iure cōi decimę debent̄. Nec†requiritur derogatio talis iuris: ut post gl. tradunt Abb. & alij scrib. in c. cum olim el 1. de priuileg. & Abb. in c. cām, el 2. col. fi. de testib. & ponunt Mod. in d. c. super eo. col. 3. nu. 4. in fi. de offi. deleg. & Dec. cōs. 114. uiso tenore. col. 2. nu. 6. & 7. & col. fi. uer. non obstat ergo, ubi dicit, idem esse in priuilegio exemptionis: nam per illud semp præiudicatur vel ordinario, vel concedenti, seu tertio, allegando consi. 100. Cuma. uiso tenore, quæ optimè adaptantur ad casum psentem, ex quo Pontifex exemit dictum Bertum ab oi onere psonali, & reali, & a solutione collectarum, & grauaminum ordinariorum, ita ꝙ non teneret̄ ad solutionem ipsorū, per q̄ verba clarè patet, uoluisse inferri dānū aut sibi, aut tertio. Et quodcunq; sit, gr̄a prodesse debet ipsi Ber. consideratis
18 supra adductis. Et†ualles istæ aquosæ, de quarum expurgatione, & desiccatione in præsenti agitatur, publicæ non fuerunt neq; sunt, nam qñ excreuere possessionem alicuius occupantes, eius erāt, cuius erat pdium, & qñ decrescunt illius erit prędium, cuius erant ualles, ita Bar. post gl. in l. uicinus. §. lacus. ff. de aqua plu. ar. inferens ad ualles Rauennę, & sequunt̄ Mode.
19 in trac. serui. in rub. de ualli. aqu. Quando†ēm publicę essent, nedū isti, qui mō soluere aliquid recusant, ptribuere operi futuro tenerent̄, sed oēs alii, & totus comitatus, & ita maximi, sicut & minimi p rata, cū oēs tangeret: eo quia publicū. l. comparationi. C. de quib. mun. li. 10. & ibi Luc. de Pe. nu. 4. & in l. 1. C. de Alex. prima. li. 11. & tradit Arch. in fi. in c. si quis peregrinos. 23. q. 2. & Hosti. in sum. de cēsib. §. ex q. b. & Bal. in c. 1.
20 col. pe. in fi. in tit. de pace iura. fir. Verū†q a ualles & pdia priuatorū sunt, & desiccatio atq; expurgatio ad ipsorū solū tēdit utilitatem, expensis, & pecunijs proprijs ipsorum ista peragenda sunt, & non aliorū utilitatem aliquam ex istis minimè ptendentium. l. 2. §. uiarū, uer. refectio. n. ff. ne q. d in lo. pub. & tradit Bart. allegans alia iura in l. pe. ff. de impen. in reb. dota. fac.
21 Qui†eo fortius propria impēsa ad id tenent̄: cū ipsimet ad dictas ualles antiquum alueū quaternę declinauerint, & reduxerint, & alia nōnulla īpedimēta peregerint, ad no. ī l. si tertius.
22 §. Celsus, & in l. 2. §. apud ferocē. ff. de aq. plu. arc. Et†isti habētes prædia superiora, & longè distantia operi futuro ptribuere cogi minimè possunt, esto ꝙ ex dictis prædiis eorum aqua defluat in ualles, & possessiones inferiores: tum quia nec commodum, nec damnum aliquid inde prętendunt, tū quoq; qm̄ cogi non poterāt, nec possunt, talem aquam in eorū pdijs retinere, ex quo inferiores ipsa natura, si aliud nō appareat, dictas aquas inde defluētes excipere tenent̄. l. 1. §. deniq; & uer. fi. &
23 in §. toties. ff. eo. tit. cū pcor. Tū†ēt q a fouea cōis, & aliæ superiores antiquiores sūt, & bn̄ notę illis, q. alueū quaternę diuerterūt. Tū ēt qm̄ inferiorib. solū aufert̄ lucrū, q. b. attētis dn̄i pdiorū, & ualliū inferiorū ꝯ superiores agere minimè posūt d. l. 1. §. hæc aūt actio. l. apud Trebatiū. §. aqua plu. eo. tit. l. Proculus. ff. de dam. infec. cū alijs adductis p Mod. in d. trac. serui. in
24 rub. de aq. plu. arc. Et † sine actione agentes repellēdi sunt l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. ge. Nec ipsis pdesse pōt statutū gnale: qm̄ singulis uerbis ipsius optimè, & pcludenter responsum apparet per excellen. d. Consultorē, cuius opinioni accedo, & requisitus subscripsi. Parisius Bonon.

S V M M A R I V M.

1 *Oriundus in comitatu, & assumptus in ciuem non debet soluere onera in comitatu.*

2 *Ex quo est translatum ad ciuitatem, locum & comitatum dominantem,*

nantem, & numero. 11.
3 *Ciuis efficitur qui a ciuitate aliqua in ciuem receptus est.*
4 *Et ita assumptus perinde habetur ac si originarius fuisset, et n. 5*
5 *Et uera ciuilitas isto modo quæritur, & per quæ uerba, & nu. 4.*
6 *Geminatio uerborum satis operatur.*
7 *Verba illa in omnibus, & per omnia, idem.*
8 *Et efficitur ex hac receptione ciuis verè, & non fictè.*
9 *Receptus ad ciuilitatem per priuilegium verus ciuis efficitur.*
10 *Maximè cum de fauore agitur.*
11 *Quando receptus est de loco inferiori ad superiorem, & nu. 1.2. & 17.*
12 *Ciuitas potest concedere immunitatem exteris uenientib. ad habitandum.*
13 *Concessio facienda est per coadiunantiam, & populum ciuitatis, & nu. seq.*
14 *Nisi à consilio ciuitatis concedatur, & nu. 15. & 16.*
16 *Factum a consilio populi dicitur factum a toto populo.*

CONSILIVM LXXI.

Consultatio absoluta per excellen. d. Consultorem in fauorem. d. Achillis de Palāterijs tanquam iuridica satis placet, eo potissimū qm̄ cū ipse sit oriundus, & originarius castri Bon. districtus, & comitatus Bono. & assumptus fuerit in ciuem dictæ ciuitatis superioritatē habētis in d. Ca. & in dicta ciuitate habitet, subeatq; ibi oīa
1 onera, q̄ alij ciues subeunt. Verissima† & solida resultat cōclusio, ꝙ non pōt astringi ad soluendū onera ꝓ bonis suis sitis in dicto Cast. originis, sicuti soluunt alij comitatiui, ex quo ꝑ castrū, & comitatū subditum deferendū est ciuitati tanquā digniori: vt ꝓbāt apertissimæ decisiones adductę ꝑ eccellen. do. Consultorem, & relatæ ꝑ Soc. ꝯsi. 302. uidebat̃. col. pe. & fi. & diffusius in subscriptione do. Ang. ibidē annexa, & ꝑ eundem Soc. ꝯs. 303. placet ꝯclusio. uol. 2. Et vltra prędicta istud est de mente gl. magnę circa finē in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & in terminis est amplissimū ꝯsi. eiusdē Soc. 129. ꝑ̄stantissimi iuris, col. 1. & 2. vol. 1. vbi plurib. fundamentis, & auctoritatib. conclusionē hanc firmat, quæ uideri possunt cū præ manib. habeātur. Et hoc idē firmat ipse Soc. allegando decis. & rōnes, & asserendo aliàs ēt se ꝯsuluisse, in rub. ff. sol. ma. col. 3. ver. aliàs ēt
2 cōsulendo. nu. 23. & duabus seq. Et† idem sequit̃ in d. rub. D. Bulgari. de Bulgarin. col. 10. ver. 4. quæro. nu. 29. vbi ēt asserit se ita ꝯsuluisse, firmantes translatū ad ciuitatē, & domiciliū loci dominantis non teneri subire onera, nec posse collectari in loco originis pro bonis suis ibidem sitis, ita limitantes & declarantes dicta Bar. per illum tex. in l. assumptio. ff. ad munici. Et suadent̃ ista ex eo: qm̄ ciuitas Bono. & magnifici dn̄i. xl. reformatores status libertatis ciuitatis Bon. accedēte ꝓpria, & libera uoluntate, & motu Reuerendis. D. Vicelegati de iure potuerunt creare & facere ciuem ipsum do. Achillē dictæ ciuitatis, vti eum crearunt & fecerunt. Tum considerata longissima præscriptione, & consuetudine, ut in consilio diffusè traditur. Tum considerata dispositione. d. l. ciues, ibi, allectio, iuncta ex
74 tione reliquorũ,uti plenè fuit dictum in alio ɔſ. In†qua ſolutione uenit reſtituendũ capitale poſitũ ꝓ parte ipſorũ de Spãnochijs: ut uult Bal.in d.l.ſi non fuerint, & in l.ſi duob.§.ſi in coeunda.ff.pro ſoc.& latè ꝑ eundem in l.1.C.eo. Itẽ hẽt reſtituere & dare ꝓ parte tangente ipſos de Spannochijs oĩa utilia & lucra,quę peruenerunt ac ſucceſſerũt ex d.ſocietate, & eius rõne: ut dicit tex.in l.1. in fi.& in l.quicquid, & in l.cũ duob. §.fi.& in l.uerum.§.& in hr̃dẽ.ff.ꝓ ſoc.cũ ſi. & ſuper hoc quę
75 ueniant,ſi opus erit,aliàs dicet plenius.¶†Non obſ.p̃dictis,ſi diceret, ꝙ verba poſita in cedula ſunt enunciatiuè ꝓlata inter ipſas partes, & ex quo princip'r non incidenter tractat de capitali,ergo non probant,ut latè concludit Alex.ɔſ.21.in 1.vo.
76 allegẽdo plures deciſ.Nã tollitur obiectio ex multis,†primò: quia verba enũciatina inter ipſas partes illa ꝓferẽtes plenè ꝓbant,vulg.l.optimam,vbi Ang.& ſcri.C.de ɔ̃h.ſtip.& niſi partes ɔ̃dicãt,ꝓbant ſemper,ut latè ɔcludit Alex.ɔſ.94.in 2. vol. Inn.& alij latè in c.cũ ĩ iure peritus,extra de of.dele.& ꝑ Imo. in c.cũ dilectus,de ſucceſ.ab inteſt.Præterea & fortius, qñ talia verba ɔtinerent p̃ambulũ vel procœmiũ, & nõ haberẽt orationẽ pfectã,& ſic in eis deficeret uoluntas,nũc nõ probarent, ſed qñ nõ cõtinent pręambulũ,ſed in eis ineſt voluntas,& hñt perfectã oronem,tunc plenè probant inter partes,nedum ſi incidẽter,ſed ẽt ſi principaliter tractaret,ita Alex.allegãdo quotas in cõſ.83.col. 8.uol.3. eſt deciſ.cõſ. Neapo. in ordine.83. In caſu noſtro dicta verba habent orationem perfectam & in
77 eis ineſt uoluntas partium, ergo &c.Præterea † & tertiò dicitur,ꝙ in cedula non ſunt verba enunciatiua,ſed immo diſpoſitiua:nã in eis eſt cõſenſus & uolũtas partium.Itẽ habent orationem perfectã.Item poſſunt ſtare de ꝑ ſe,quo caſu diſpoſitiua iudicant,& non enunciatiua,& plenè ꝓbãt: ut in terminis eſt deciſi.Bal.in l.1.C.de fal.cau.adiec.leg.col.2.uer.quæro,latè Ale.in d.ɔſ.83.ergo &c.In caſu noſtro uerba ꝑ ſe ſtare poſſunt,& hñt oronem perfectam,& in eis adeſt uolũtas partium, quæ principaliter venerunt ad ɔfirmandum ſocietatem initã. Itẽ & obligandum capitale,vñ ɔcludit neceſſariò,& abſq; tergiuerſatione,ꝙ probant,& plenè.Minus†obſtat, ſi diceret, ꝙ
78 dicta uerba cedulæ poſſunt capi tanquam dubia in præteritũ & in futurum,& ſic ꝙ capitale potuiſſet eſſe tunc, item & in futurum,& in dubio ɔ̃ fundantem ſe in uerbis,uulg.l.ueteribus.ff.de pac.cum ſi.Nam tollit primò.qa uerba clara ſunt,ſonantia in præteritum,uel præſens,unde &c.iuxta not.in l.ſolemus.ff.de ɔdi.& demon.Item quia neceſſariò ſunt ita capienda:qa clara,quo caſu dẽnt ceſſare ɔiecturæ,vulga.d.l.quintus, Item quia materia ſubiecta de neceſſitate indicat,ꝙ in pñs, & in præteritum capiunt:nam ibi agebat cum d.Aug.ſagaciſſimo, in quo concurrebant ea,de quib.ſ̃. quo caſu nũquam cepiſſet obligationem,& ſecuritatem capitalis,qđ nõ fuiſſet,ſi in futurum dubitaſſet pati,qđ nedum dicendum, ſed nec conſiderandum
79 ſtantib.præſumptionib.de quib.ſ̃.†ad quæ not.in l.ſi v & no.ff.loca.& l.ſi olei.C.eo.latè Alex.conſi.5.& ɔſ.42.uol.4. & per repeti.in cle.ſepe,in princ.colum.3. & 4.de uerbor.ſigni. cum ſi.Et quia ſumus certi onus probandi contrarium transfertur d.Auguſtino,qui uult ſe ſuper illis fundare.d.l.ueteribus.
80 ¶†Minus etiam obſtat,ſi dicatur,ꝙ dicta cedula non probat: quia capitale eſt incertum, & ſic incertitudo in quantitate vitiat &c. Nam tollitur ex plurib. Primò, quia dato ꝙ capitale ibi nõ exprimat,quantum ſit,tñ non poteſt conſideratio haberi niſi

ti, nisi in quantitate magna, primò considerando materiam subiectã, & sic ipsam negociationẽ, quæ indigebat exbursatione magna, iuxta not. per tex. illũ in gl. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Secundò ɔsiderando, ꝙ a tpe initæ societatis vsq; ad datam d. cedulæ fluxerunt duo anni. ĩ. quod tp̃s fuere exbursati duc. 20. milia de carlinis Cameræ apostolicæ, & factæ expensæ in fabricatione aluminum, & sic magnę. Tertiò quia ipse Aug. simpl̃r cœpit capitale ipsorum de Spannochijs pro securitate marcharũ. 207. & sic de summa duc. 22. miliũ. Item & pro lucro futuro ex d. marchis, quod erat magnũ. Item quia ẽt ipse Aug. cępit pro securitate dictum capitale pro alijs suis creditis, ex quib. concluditur necessariò, ꝙ capitale ipsorũ erat in summa magna. Item & ex alio tollitur: quia dicta incertitudo quantitatis p̃ot reduci & reducta est ad certitudinẽ, tũ ex libris ipsorum de Spannochijs, factis ante decoctionẽ, qui probant, vt s̃. tũ ex libris ipsius Augustini, quos edere tenetur. Tum ẽt ex depositione testiũ productorũ ꝑ ipsos de Spannochijs, quo casu cũ reducat̃ ad certitudinẽ, nõ vitiat, iuxta ea q̃ no. in. §. incertis, insti. de lega. & in l. quidã, de reb. dub. † ad q̃ nota. in l. vinũ. ff. si cer. pet. & per Bar. in l. si qđ ex Pãphila, de leg. 2. & ꝑ Ang. in l. ꝓcia rerum, ad l. falc. & in l. si duo. §. Marcellus. ff. de iureiur. cum si. ¶ † Minus ẽt obstat, si diceretur, ꝙ capitale, si qđ erat, non est considerandum: quia illud, si quod erat, Aug. potuit capere, ꝓut cępit propria auctoritate post decoctionẽ, ergo &c. nam tollitur primò, antequã decoctũ esset, erat, ergo pro illo tpe sumus in claro. Præterea dictus Aug. dato ꝙ esset creditor, nõ potuit propria auctoritate capere, nam dato ꝙ esset decoctum, erat sibi prouisum per d. remediũ corã iud. prosequi ius suum, arg. eorũ quę in si. notã. de debitore fugitiuo, in l. ait prętor. §. si debitorẽ. ff. q̃ ĩ fra. cred. & in l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & per Mod. in c. cum sit Romana, de appel. & in tracta. de debito. fug. tot. tit. ne quis in sua cau. & cum propria auct. istud fecerit, non potuit, & malè fecit, argu. eorum q̃ not. in l. meminerint, & in l. si quis in tm̃. C. vnde vi, & in l. extat, C. quod met. cau. Si † istud fecit uolendo compensare dictũ creditũ, minus potuit: quia partitæ non liquidę, ergo &c. iuxta not. in l. fi. C. de compensa. Præterea quia ſm* cõem opi. compensatio fit ope exceptionis non ipso iure. l. 1. ubi Bar. & alij. ff. de compensa. latè Tyndar. in tra. de compensa. q. 6. & sic debebat fieri coram iudice, & ibidem opponi, & non propria auctoritate, non citatis & vocatis ipsis de Spannochijs, nec alijs ipsorum creditoribus, quorum intererat, & interest pro parte, & nõ pręcedente aliqua protestatione, & sic facta, ut fuit, nihil est, per supradicta &c.

Idem Parisius.

SVMMARIVM.

1 *Societas potest contrahi super vna negociatione.*
2 *Scriptura priuata recognita probat.*
3 *Et quid si est subscripta à dictis partibus.*
4 *Pacta in societate apposita seruanda sunt*
5 *Valet pactum, ut vnus ex socijs admiuistret, et alius socius ponat pecuniam, & nihil operetur.*
6 *Socius tenetur reddere rationem de administratis arbitrio boni uiri, & nu. 7.*
8 *Et tenetur soluere reliqua, & n. 7.*
9 *Duo testes concludenter probant, etiam non rogati, & nu. 9.*
10 *Quilibet actus, ita per testes, sicut & per scripturã p̃ot probari.*
11 *Statutum loci circa decisionem causæ, & circa probationem, nõ attenditur, sed consideratur statutum loci, ubi contractus & actus geritur.*
12 *Paria sunt, non esse quid probatum, vel minus legitimè.*
13 *Testes recepti parte non citata non probant.*
14 *Etiã si recipiantur à delegato, cui cõmissa est testium examinationem.*
15 *Delegatus ad recipiendum iuramenta testium, & examinationem debet ipse iuramentum deferre.*
16 *Et notarius non potest istud facere sine partium consensu.*
17 *Et talis articulus habens annexam iurisdictionem non potest, subdelegari.*
18 *Qui ultro non citatus, se offert examinationi, suspectus est.*
19 *Quis dicatur testis idoneus, & omni exceptione maior.*
20 *Scriptura approbata non potest reprobari.*
21 *Quando debent esse testes omni exceptione maiores, an ista qualitas sit probanda, & n. 22. & 23.*
24 *Testi deponenti non verosimile non creditur.*
25 *Quod non est verosimile, est falsitatis imago, & reijciendum.*
26 *Ex quibus colligitur uerisimile, & n. seq. & 27. 28. & 26.*
30 *Testis productus, & ita approbatus non potest reprobari,*
31 *Testes deponentes per eadem ferè verba suspecti sunt.*
32 *Malum nomen arguit suspicionem.*
33 *Non decet clericum celebrare cum armis.*
34 *Testis debet iurare ẽt religiosus, & id à Papa non p̃ot relaxari.*
35 *Clericus an coram laico possit reddere testimonium sine licentia sui superioris.*
38 *Testis criminosus, & de crimine dãnatus nõ recipitur, & n. 37*
Testis sibi ipsis contrarij non probant.
39 *Falsus in uno in omnibus redditur falsus.*
40 *Solicitator causæ & illam affectans, non est testis idoneus.*
41 *Amicus quando sit idoneus testis.*
42 *Et quid de domestico & familiari.*
43 *Tractans de se exonerando non est idoneus testis,*
44 *Iudex cuncta considerare debet, & ueritatem inquirere.*

CONSILIVM LXXXIII.

1 Potuit † ritè & rectè iure permittente inter Do. Christophorum ex vna, & Antoniũ & Iulianum fratres ex altera contrahi societas super illa negociatione, de qua in scriptura super inde confecta. l. 1. l. societas. ff. ꝓ soc. insti. eo. ti. in prin. Quæ † scriptura licet priuata fuerit, tñ qm̃
2 subscripta apparet ab ipsis partib. & ab eis recognita plenam inducit probationem de oĩbus in ea contentis. l. Publia. ff. deposi. l. cum de indebito. ff. de proba. & per Bal. in l. fi. C. si cer. pet. & per scrib. post Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & post gl. firmat Fel. adducens alia in c. scrip. col. 3. nu. 12. ex̃ de fide
3 instr. Vbi † n. 6. 7. & 8. multa adducit, qñ scriptura fuit ꝑ tertiũ volũtate ɔ̃hentiũ scripta, & subscripta manu ꝓpria ipsarũ partiũ, ſm Bar. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. cũ alijs allega. post Abb. ꝑ eundẽ Fel. in c. qm̃ ɔ̃, ex̃ de ꝓb. num. 75. & ꝑ Mod. post
4 Ang. in l. ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de ver. obl. Et † certum est, ɔuentiones & pacta in dicto ɔ̃ctu societatis apposita ad vnguem debere seruari, ꝓut ipsi ordinarũt, & ɔstituerũt. l. si non fuerit. ff. ꝓ soc. & insti. eo. ti. in prin. l. 1. §. si ɔueniat. ff. deposi.
5 cũ ɔcord. Et † pactũ appositũ in ipsa societate, ꝙ unus ex socijs habeat onus administrationis, & alius nihil operet̃, sed solũ pecuniã & capitale ponat, validũ & firmum fuit, esto ꝙ alterius nulla interuenerit opera, vt hñr in l. societas ɔ̃hit̃, ver. si. & lege seq. ff. ꝓ soc. & in d. l. si nõ fuerit. §. 1. & ꝑ Mod. & repet. in l. si
6 pascẽda pecora. C. de pac. Et † qm̃ d. Antonius & Iulian⁹ assumpserunt in se dictũ onus administrationis dictæ societatis astricti sunt de iure reddere rõnem ꝓdictæ administrationis dicto Christophoro, iuxt. not. in l. q̃dam. in prin. vbi gl. & doc. ff. de eden. & in l. 2. in prin. ff. de neg. gest. & ꝑ Cor. ɔ̃s. 24. uisis, col.
7 fi. vol. 1. Et † arbitrio boni viri id exequendũ est, vt tradit idem Cor. ɔ̃s. 196. Ad euidentiã, vol. 3. & hñr in l. 1. in fi. & in l. quicquid, & in l. cum duob. §. fi. & in l. verum. §. in hæredem. ff. ꝓ soc. ubi talis redditio administrationis facienda cum reliquorum solutione, ſm gl. in l. actione, in prin. ver. si incertam. ff. ꝓ soc. & ꝑ Cor. cõsi. 54. Ad euidentiam, uol. 1. & consi. 122. viso puncto, eo. volu. Nec in reddenda dicta ratione administrationis d. Antonius & Iulianus computare potuere dicto d. Christophoro scuta. 80. & alia scuta. 5. quæ asserunt ipsius instantia eidem remisisse ꝓ emptione frumẽtorum, quam ipse. d. Christophorus fecit a quodam Iannino, & quodam Io. Maria: qm̃ testes istud firmantes falsum asserunt, & falsò id deposuerunt, vt statim dicet̃, & nulla cadit circa ꝓdicta dubitatio, quin dicti Antonius & Iulianus teneantur reddere rõnem administrationis dictæ societatis cum reliquorum solutione. ¶ Circa verò reconuentionẽ, quã faciũt dicti Ant. & Iulia. & in qua petũt a dicto d. Christophoro eisdẽ solui scuta. xxx. & in alia manu scuta. 270. & in alia scuta. 80. & in alia. 5. & q̃ scuta. 85. breui manu numerata censent̃ fuisse ab eisdem Ant. & Iulio dicto do. Christophoro, iuxta. l. singularia. ff. si cer. pe. cum concor. & in alia manu scuta. 9. & bolog. 24. nec non & alia scu. 30. & quasdam alias pecuniarum quãtitates, de quib. in ipsorum petitione, tãquam ab eidem eidem do. Christophoro mutuatas. Prima facie dicẽdum d. Christophorũ ad easdem pecunias soluẽdas fore ɔdẽnandum, cum ꝓdicti Ant. & Iulia. ipsorũ intentionem circa ꝓdicta ꝓbent ꝑ tres testes affirmantes numerationẽ dictarum pecuniarum mutuatarum, dicto dño Christophoro per

ro p eoſdem Antonium & Iulianũ,cũ ꝓmiſſione reſtituẽdi di
8 ctas pecunias eiſdẽ † q̃ teſtes ↄcludenter ꝓbant,cum tres ſint.
9 l.vbi numerus.ff.de teſtib.c.licet uniuerſis,ex̃ eod.Nec† eſt ne
ceſſe,ꝙ ad id fuerint rogati.l.ad fidẽ.ff.de teſti.Nec ipſis Anto.
& Iulia.obſtabit ſtatutum Bono.quo diſponitur, ĩ iſta ſumma
ꝓbationem non debere recipi p teſtes:qm̃ tale ſtatutũ non ꝓ-
ducit effectum ex̃ territorium Bono.& qñ ↄ̃ctus & actus cele-
bratus ẽ ex̃ dictũ territoriũ,& alibi, ubi uiget ius cõe,ſeu aliud
10 ius municipale diſponens, quẽlibet ↄ̃ctum & actũ, ita† poſſe
probari p ſcripturam, ſicut & per teſtes.l.in exercendis.C.de
fide inſtr.l.pactũ.C.de pac.c.cum Ioan.heremita,ex̃ de fide in
11 ſtru.Iſto † eñ caſu cũ ꝓbationes tendant ad deciſionẽ litis,ta-
le ſtatutum nõ habebit locũ,& ꝓbationes erũt recipiendę ſm
diſpõnẽ iuris cõis,uel iuris municipa.qđ ſeruatur in illo loco,
in quo fuit celebratus ↄ̃ctus ſeu actus,ſm cõem do.Bar.ĩ l.cũ-
ctos populos.C.de ſum.trin.& fide catho.col.4.uer. & primò
q̃ro, quam ſequit̃ ibi Bal.col.antep.verſ.ſed circa hęc,& uerſ.
aut nos loquimur, & ſequunt̃ ibi ẽt Caccialup.in ſua repeti.&
Iaſ.allegan.concor.¶Iſtis tñ non obſtan.ↄ̃rium eſt ipſa ueritas,
ut dicti Anto.& Iul.in ipſorum recõuentione minimè poſſint
obtinere,a qua ipſe do.Chriſtophorus abſoluendus uenit,iux
12 ta illam vulga.regu.actore non probante &c. Et † illã : qm̃ a
pari procedunt, quid non eſſe ꝓbatum, uel minus legitimè.l.
quoties.ff.qui ſatiſda.cog.cũ alijs ↄcor.ibi p Mod.alleg. Tres.
n.teſtes ꝓducti p dictos Ant.& Iulianũ ad probandũ petita p
eos in reconuentione nihil penitus,nec ſufficienter ꝓbãt,mul
tis ex capitibus, & ipſorum depoſitio non caret ſuſpicione fa-
cultatis, & ipſorum dictis & depoſitionib.nulla prorſus adhi-
benda eſt fides,deducunt̃ iſta apertiſſimè.Et primò : qm̃ dicti
tres teſtes examinati apparent minimè citato ipſo d. Chriſto-
phoro,nec ipſius ꝓcuratore.Quinimò & ↄ̃ expreſſam ꝓteſta-
tionẽ a ſuo procuratore factã, & cõtinentẽ illũ debuiſſe citari
ad uidendum iurm̃ & pſonas dictorũ teſtium, cuius ↄ̃rium fa
13 ctũ oñditur.Et † talis receptio teſtiũ facta ↄ̃ non citatos nulla
penitus fuit, nec eſt in aliquo ↄſiderabilis, p tex.apertũ in c.in
noĩe dñi,ex̃ de teſtib.ubi ſcrib.oẽs maxi.Fely. iſtud cõprobant
alijs deciſ.& iſtud ampliant,ut ẽt facit Iaſ.in l. ꝓperãdũ.§.ſin-
aũt reus,nu. 5.C.de iud.& facit l.de unoquoque, & q̃ ibi notã
14 tur p oẽs.ff.de re iud.& l.nam ita diuus.ff.de adoptio.Et † ꝓ-
cedunt iſta punctaliter in caſu præſenti ẽt in iudice delegato,
cui ſimpliciter cõmiſſa fuit examinatio teſtiũ,nã illos dẽt reci
pere parte citata,aliàs receptio nulla eſt,ſm d.Ant.in c.conſti
tutus,in 4.not.de appell.refert,& ſequit̃ Dec.adducens alia in
15 d.c.in noĩe dñi,nu.21.Secũdò † receptio p̃dictorũ teſtiũ nul-
la oñditur ↄſiderata perſona, q̃ illis detulit iurm̃, & ipſos exa-
minauit,licet.n.d.Benedictus receptionẽ dictorũ teſtiũ & exa
minationẽ delegauerit.D.Poteſtati Mantuæ,qđ de iure vř po-
tuiſſe fieri,iux.not.in c.2.de teſtib.li.6.de off.deleg.cũ alijs cu
mula.poſt Abb.& Fel.in c.cum cãm,col.pen.& fi.ex̃ de teſtib.
& p alios docto.in locis.ⁿ.citandis. Tñ ipſe do.Poteſtas Man-
tuæ delegatus debuit dictis teſtib.iurm̃ deferre, & uidere poſi
tiones,interrogatoria,& alia,nec potuit cõmittere delationem
16 dicti iuri notario.Qui † ſine conſenſu utriuſq; partis iurm̃ di
ctorũ teſtium recipere minimè potuit, ſm Bal.ĩ tit.de pa.ↄſtã.
col.19.uer.ſm mores,& poſt gl. p Iaſ.allegantẽ alia in l.1.nu.
17 22.ff.de ferijs. Et † qm̃ talis articulus delationis iuri & rece-
ptionis teſtiũ p̃dictorum hñs annexam iuriſdictionẽ & cogni-
tionem p delegatũ inferioris a principe,ut fuit dictus Poteſtas
nõ potuit ſubdelegari notario,ẽt ſi expreſsè appareret de dicta
cõmiſſione,& ſubdelegatiõe,de qua hucuſq; nihil cõſtat:ut p
illum tex.traditur p oẽs in d.cle.1.& poſt alios p Abb.in c. cũ
Bertoldus,nu.26.& ſeq.& per Fely.ibi nu.19.& 20.ex̃.de re iu
di.& ad plenum tradit idẽ Fel.poſt alios in c. ſuper qõnum,in
prin.nu.8.& in §.ſi uerò,nu.2.in 5. limita.ex̃ de offic.deleg.&
diffuſè Alex.in l. more,nu.26.ff. de iuriſd.om.iud.& in l.a iu-
dice.C.de iud.& ibi Iaſ.col.3.nu.10.uerſi.6.limita, firmantes
* hanc eſſe * cõem concl.ↄ̃ Bar.tenentem oppoſitũ,ↄ̃ quem etiã
18 tenent Cano.p illum tex.in c.cum cãm,ex̃ de appel.Tertiò†re
ceptio dictorum teſtium nullius dẽt eſſe conſiderationis : qm̃
ſuſpectiſſima eſt ex eo:qm̃ ultro ſe obtulerũt dicto examini,&
anteq̃ citati eſſent per aliquẽ ultro ſe cõtulerunt Mantuam,ut
deponerent ↄ̃ d.Chriſtophorum in fauorem dictorum Anto-
nij & Iulia.ut apertiſſimè iſta fatetur dñs Hieronymus aſſerẽs
a Ioãnino fuiſſe rogatum,vt iret Mantuã depoſiturus,qui illuc
acceſſit prætextu amicitiæ,quã habebat cũ d.Ioãnino. Et iſtud
inſuper oñdit̃ ex relatione, quã facit Thomæus nũcius, in qua
dicit, iſtos tres teſtes reperiſſe ſub uolta carceris,q̃ ibidẽ erant
congregati in fraudẽ & doloſè, ut citarent̃. Per prius tñ abſq;
citatione aliqua ultro Mantuã ſe ↄtulerãt ad ſe examinãdũ, ut
fatetur dictus dñs Hieronymus.Et certiſſimũ eſt, teſtẽ ultro ſe
offerentẽ,& apertè ꝓductum reddi ſuſpectũ,& dř̃e repelli,ſm
Bar.in l.poſt legatũ.§.is uerò.ff.de his quib.ut indig.& ĩ l.vxo
ri.ff.de falſis,Spe.& Io.And.in tit.de teſt.§.qualiter,uerſ.uolẽs
19 ergo,& Fel.in d.c.in noĩe dñi,nu.22.Quartò † pręd icti teſtes
non pñt dici idonei,& omni exceptione maiores,cũ plures pa
tiãtur exceptiones,& oppoſitiones,ſm gl.in uerſ.idoneos.in §.
item uerborũ.inſtitu.de inut.ſtip.ubi doc.not. & l.optimã.C.
de ↄ̃hen.& comit.ſtipula.& ibi Bal. & p Ab.in c.at ſi clerici.§.
de adulterijs,col.17.de iud. & ibi Fel.nu.45.& tradunt Abb.
Imo.& Fely.in c.cum Io.heremita,num.40.de fide inſtr.Quo
ſtante tale mutuum,qđ dicti Antonius & Iulius aſſerunt cõtra
xiſſe cũ d.dño Chriſtophoro,minimè p tales teſtes potuit pro
bari.Nã omiſſa diſpoſitione ſtatuti Bonon.& attenta conſuetu
dine uigente in territorio Mantuano, in quo aſſeritur & pad-
20 uerſantes fatetur talẽ contractum fuiſſe celebratum, & † quã
ipſi produxerunt,& ab illa amplius diſcedere nõ pñt,cum ip-
ſam approbauerint,iuxta reg.qđ ſemel, de reg.iu.lib.6.cũ alijs
allegatis per Abb.& Fel.nu.12.in c.2.ex̃ de excep. & per eũdẽ
Fel.& alios in c.cum uenerabilis, col. 5.& ſeq.eo.tit.& in c.in
putari,in fine,ex̃ de fide inſtr.& p Bar.& alios in l. poſt legatũ.
ff.de his quib.ut indig. diſpoſitum & ordinatum apparet cre-
ditum cuiuſcunque ſummæ & quantitatis dř̃e ad minus ꝓba-
21 ri per duos teſtes oĩ exceptiones maiores.Quæ † qualitas a di
cta cõſuetudine requiſita probãda erat per aduerſantes, ut in-
eſſet dictis teſtib.ſm Ang.ĩ l.uel negare.ff.quẽadm.teſt.aper.&
p Io.de Imo.in l.1.eo.tit.& Sal.in l.in exercẽdis.C.de fid.inſt.
Et licet Fel.in d.c.cum Io.heremita,nu.40.ĩ fi.dicat, quẽlibet
præſumi idoneum,& ſine defectu,ſequendo Fran.de Rãpo.in
auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Fal. Tñ d.Chriſtophorus ipſe
ut ius ſuum & eius innocentiam magis apertã oñderet,ad ple
num probauit,dictos teſtes non fuiſſe,nec ſe omni exceptione
maiores & idoneos prout requirit ſtatutũ,& conſuetudo Mã-
tuæ,ſecundum quã ꝓbatio dicti crediti & mutui faciẽda erat,
22 † ſm * cõem doct.Bar.Bal.& aliorum in d.l.cũctos populos,
* ſuperius in ↄ̃rium adductam,quæ ↄ̃ ipſos Ant.& Iul.retorque
tur,ut tale creditum mutui ↄ̃ctum,ut dř̃, in territorio Mãtua-
no ſm ſtatutum & conſuetudinem ibi uigẽtem,quæ obſeruã-
da eſt in præſenti iudicio ſecundùm præfatos doctor.omnino
deberet ꝓbari per teſtes idoneos & oĩ exceptione maiores, cu
ius qualitates minimè in iſtis tribus reperiuntur,ut patet ex ꝓ
bationib.factis per d.Chriſtophorũ, & etiã quia ſuſpecti ultro
ſe offerentes, ut diximus ſupra,& ulterius alias patiũtur oppo-
ſitiones funditus ipſos repellentes,ut ſtatim dicemus.Et q̃a ta
lis qualitas, quæ debebat ineſſe dictis teſtib. minimè fuit a di-
ctis aduerſantib.deducta & ꝓbata,ſm Ang.Imo.& Saly.ſupra
23 citatos. Et † qñ lex requirit teſtes omni exceptione maiores
minimè debent recipi infames, ẽt ſola infamia facti,& alij in-
habiles,ſm Bal.in d.l.optimam,& in l.qui accuſare.C.de edẽ.
refert & ſequit̃ Iaſ.in d.l.cũctos populos, in 1.lect.col.fi.n.67.
24 & in 2.lec.nu.52. Quintò † prædictis nulla eſt adhibenda fi-
des, ex quo ipſorum depoſitio non continet ueroſimile,a quo
ualidum eſt argumentũ.l.nuptura, in fi.ff.de iure dotium.l.fi.
ff.quod met.cau.c.quia uériſimile, extra de præſump.ubi Ab.
& Fely.nu.4.dicũt,ꝙ dicta teſtium ſi repugnant ueroſimili,nõ
ꝓbant,ut etiam tradit Bal.in l.ſi quis in hoc genus,col.1.C.de
epiſ.& cler. & Pet.de Anc.cõſ.23.viſa,col.1.& Bal.in l.fi.ff.de
eden.& Fely.in c.licet cauſam,uerſi.no.decimò, ex.de prob.&
Alex.conſi.438.circa primum,col.pen.uol.2.& Soc.conſ.86.
In cauſa.in 1.uol.cum alijs allegatis per Mod.in rub.C.de ꝓ
25 batio.in eorum repeti.num.108.& alijs ſeq. Nec † quidẽ im-
merito:nam remotũ a veroſimili imago eſt falſitatis,ſm Bald.
in l.1.col.3.C.de ſer.fugiti.& Car.in clem.ne romani,ĩ princ.
de electio.uolen.opinionem nõ uériſimilẽ,nec cõſonã ueritati
ti eſſe reijciendã, & q̃ plura alia adducunt dicti Mod.repet.in
26 d.rub.C.de prob.numeris præallegatis.Quòd† nõ adſit aliquã
uériſimile,dictos Antonium & Iuliũ mutuaſſe dictas pecunias
d.Chriſtophoro,oñditur: cũ ipſi fuerint & ſint pauperes & ta
les,qui ab ipſo D.Chriſtophoro pecunias cęperũt ad negociã-
dum.

dum,& ad partẽ lucri,qđ minimè uerosimiliter fecissent,si tā-
37 tis proprijs pecunijs abundassent. Prout † & secūdò oñditur.
Asserūt.n.mutuasse pecunias d.Christophoro,ita ut illico Bo
noniam reuersus illas ijsdem restitueret,quas uerosimiliter ip
si statim petijssent, nec per tm̃ tpis stetissent illas repetere, &
hĩc,cū soliti essent lucrari,& negociari ex pecunijs adhuc alie
nis,& in hoc essent diligentes, nec præsumendū est tanto tpe
eos iactasse suū.l.cū de indebito.ff.de ꝓb.l.si cū aurū.ff.de so-
lut.& faciunt nota.per Ale.consi.5.& 42.in 4.uol.& per repe
38 ten.in clemen.sepe, in princ.col.3.& 4.de uerb.sign. Ad † qđ
ẽt. Nam qñ compromiserunt certis arbitris eorū differentias
inter eos uertẽtes,corā dictis arbitris,nec alibi postmodū uer-
bum aliquod fecerūt de dictis pecunijs mutuatis,nec illas pe-
tierunt a dicto d. Christophoro, qđ minimè uerosimiliter est
eos tacuisse: cum pauperes essent,si uerè tantam pecuniā mu-
tuassent.Eo ẽt: qm̃ cum Bononiam uenissent, ipse d.Christo-
phorus dixit,& iurauit eos de fuga suspectos,& coacti fuere sa
tisdare,& cauere, nullum uerbū facientes de assertis pecunijs
mutuatis,nec dicentes se creditores, qui si ueri fuissent,mini-
39 mè id silētio pterissent.Præterea † d.Christophorus fuit,erat,
& est diues,& abundans pecunijs, & qñ ad illas partes se ↄtu-
lit,magnum numerū scutorum secū asportauit,q̃ recepit ex bā
co Petri Bonfilij,penes quẽ pecuniæ suæ in deposito stabant.Et
30 † apertius istud deponit Dñicus q.Iacob.testis ꝓductus p di-
ctos Antonium, & Iuliū, & ab ipsis approbatus, & qui ↄ ipsos
plenè probat,& ab ipsis ulterius reprobari non pōt,iuxta text.
in l.si quis testib.C.de testib.cū alijs alleg.per Fel.in c.præsen-
tium,nu.7.ex.eod.tit.& per Ias.in l.1.§.editiones,nu.15.ff.de
eden.Apertissimè dicens eo tpe quo d.Christophorus emit ab
illo Ioānino saccos.100.frumenti ipso teste præsente,ipsum d.
Christophorum dissuisse diploidem suum, in quo suta erat ma
ior pars scutorum,& inde cępisse scuta.200. & illa numerasse.
de Ioānino,p cuius depositionem apertè oñditur falsitas illorū
duorum testium ↄrium asserentium nedum ↄ ueritatem,sed ẽt ↄ
31 omne uerosimile. Accedat† & sextò: qm̃ dicti testes p eadẽmet
fere uerba formalia & pmeditata deponunt, quo fit,ut ipsum
testimoniū reddatur suspectissimū,& sint in euidentissima re-
probatione.l.3.§.1.ibi,unū eūdemq; præmeditatū sermonẽ attu-
lerant,ubi doc.istud firmant.ff.de testib.& tradit Bal.cōs.121.
Quis melius,in 2.uol.& Ale.consi.53.uisis, col.4.uersi.nō ca-
ret,uol.5.& Cor.consi.63.col.2.uers.immò si diceret,in 1.uol.
& alia adducit Dec.ↄs.320.col.pe.vers.primus est.Si uerò cōsi
derare uolumus sigillatim & distinctim singulas psonas dicto
rum testiū,in unaquaq; illarū magnus reperitur defectus,&
in illam q̃ plura obstant, ita ut nedum dici non possit oī exce-
ptione maior & idoneus,sed potius deponẽs falsum inhabilis
& nullā faciens fidem.Ille † ẽm d.Hyero. a suis pessimis mori
bus & reb.p eū gestis peculiare nomen sibi uendicauit ab oīb.
inde nuncupatus uulgò,don ghiaron,cuius noīs assumptio si-
nistra eius arguit suspicionẽ,iux.tradita per gl.in l.facta.§.si in-
danda.ff.ad treb.& traditur p do.Maria.in c. cū dilecta,de ex-
ce spla.& p Car.in cle.exiui.§.cæterùm,in fi.de uerb.sig.& Fel.
in proœ.Gregoria.nu.32.cū si. Vlterius pp eius malos mores
33 & † quia seditiosus,& quāplurib. iniuriatus,suspectus mortis
qñ celebrat,armatus permanet,ↄ tradita in toto titu.de uita &
34 honest.cler.& de celeb.missa.cum sim.Eo † ẽt ultra,ꝙ ductus
amicitia dicti Ioānini, & non citatus accessit testimoniū reddi
turus,ut diximus superius,iurm ĩ suo testimonio phibēdo mi-
nimè assumpsit,nec illi ab aliquo delatum apparet,& certū est,
teste dẽre iurare, tactis sacrosanctis scripturis.c.hortamur.3.q.
9.& per gl.in uer.tacta,& alios in cle.1.de hæreti.& Abb.in c.
fraternitatis,col.ult.de testi.& Fel. ibi nu.23.& Abb.in c.tuis,
col.fi.& Fel. ibi nu.10.& Alex.in l.ait ptor.§.fi.ff.de iureiur.&
sine iuro alicuius deponēti minimè creditur,ẽt si religiosus es
set.c.super.de testib.& ibi Abb.col.1.& Fely.nu.1. Et Papa nō
possit dispēsare,ut fine iuro alicui testi fides adhibeatur,ut tra
35 dit Fel.in c.ↄstitutus,de rescrip.Eo † etiam: qm̃ ipse D.Hiero
nimus existẽs clericus sine licentia sui superioris ultro coram
iudice laico testificatus ẽ.c.testimoniū.11.q.1.c.nullos.22.q.
5.& plenè per Ab.& Fel.in c.cū nūcius,de testib.Et † quia est
36 homo malæ conditionis,vitæ & famæ,&,p tali ab oībus cōiter
habetur: ut satis constat ex probationibus ↄ eius personā
adductis per d.Christophorum, ex quibus nedum simul
dicta facta,uerum distinctim,& de per se ↄsideratis redditur suspe-
ctissimus & uenit repellẽdus, & nullā prorsus facit fidẽ,nec di
37 ci aliquo mō pōt idoneus & oī exceptione maior. Alius † &
secundus testis.Io.maria eodẽ laborat morbo, cū probatū sit,
ipsum fuisse seditiosum pessimæ ↄditionis, & famæ,& homici
dā,& de homicidio bānitum,& ↄdemnatum,ut ipsemet fatet,
& infamẽ ↄñr,& criminosus testis & de crimine damnatus,&
fm ius ciuile,& fm ius canonicum prorsus a testimonio repel
litur,fm gl.allegantem iura,quam sequunt ibi Abb.& Fel.col.
1.in c.super eo.ex̄ de testi. & in c.testimoniū,nu.4.& 9.eo.tit.
38 ubi ad id q̃ plura alia adducit.Eo † ẽt quia ↄriatur dictis p Ioā
ni.dū ipse asserit,illas pecunias per Anto. & Iulium fuisse nu-
meratas d.Christophoro plurib.alijs pñtib. & ipse Ioāni.expſ-
se ↄrium affirmat,& tanq̃ ↄriantes sibi ipsis nullam faciunt fi-
dẽ.l.eos.ff.de fal.l.qui uaria.ff.de testi.per d.Ant.& Abb.in c.
nihil obst.de uerb.sig.& in pract.Pap.car.32.col.1.uers.uarij,
& uer.inuicẽ ↄrij.& p Mod.in c.per tuas, de proba.& p oẽs in
c.cum tu.ex̄ de test.& Abb.in c.imputari,de fid.instru.& post
39 Bal.per Fel.ibi nu.2.Et† qa circa istud dicti Io.maria & Ioāni.
apparent falsum deposuisse,alia inde sequitur ↄclu.ꝙ testis fal
sus in uno in oībus redditur falsus c. si ad scripturas, & ibi gl.
9.distin.& per Prac.Pap.car.31.col.1.uer.sed quid dicemus,&
Alc.ↄs.106.in 4.uol.Corn.cons.197.uisa,uol.2.Soc.consi.56.
nu.13.uol.4.Ias.in l.si ex falsis,in fi.C.de transac.& Fely.in c.
Fraternitatis,nu.11.ex̄ de testib.& Ioan.Cro.in trac.de testib.
nu.388.Ioānino uerò alteri,& tertio testi nedū obstant illa sex
generalia superius collecta ↄ omnes tres militantia,& nedum
obstat probatio malæ uitæ,ↄditionis, & famæ ↄ ipsum facta p
d.Christophorum,& ẽ illud s̃.deductum ↄ Ioa.mariam,cuius
dicto ipse expresse ↄriatur: & quia falsus in uno in oībus etiā
redditur falsus,ut iam deduximus,uerùm & ulterius illi obst.
40 Nam † solicitator fuit,ut d.Hyero.examinaretur ↄ d.Christo-
phorum, & ipse Ioāninus sua amicitia d. Hieronymū induxit
ad se examinandum & tanq̃ solicitator repellẽdus uenit,vr̄.n.
pp hanc solicitationem, de qua ipse d.Hiero.deponit,licet ip-
se Ioāninus ↄrium asserat & falsò habuisse affectionem in præ-
senti cā in fauorem dictorū Antonij, & Iulij,ↄñr repellendus,
ut in si.dicimus de aduocato in l.fi.ff.de test.in c.fi.eo.ti.lib.6.
& per do.de Rot.in antiq.decis.11.& seq. & Ange.consi.233.
In causa, col.3.& Alex.consi.154.col.2.uersi.præterea.uol.5.
& D.Alb.in tra.de testib.in rub.qñ test.repel.rat.affect.col.3.
41 Eo † etiam quia ipse Ioanninus erat & est amicus dictorū An
tonij & Iulij,& ipsos proprijs sumptib.& expensis in domo ꝓ
pria retinebat, ad not. in l.3.ff.de testib. & in l. latæ culpæ.§.
amicos.ff.de uerb.sign.& in c.quoties,de testi.& ibi Fel.nu.7.
& per eundem in c.placuit.nu. 3.eod.titu.& Alber.in d.tract.
col.6.uers.d.de inimico,& Ias.in l.exigendi,nu.6.C.de procu.
42 iunctis † his quæ tradūtur de domestico & familiari in c.in li
teris. per Abb.Fely.& alios allegantes concor.extra de testib.
43 & in l.etiam.C.eo.tit. Prout † etiam quia ipse Ioāninus in sua
depositione tractat de se exonerando, ex quo fraudulenter se
gessit erga ipsum do. Christophorum, dando operam ut per-
deret,prout iam perdidit scuta.200.quæ penes ipsum Ioanni-
num erant eidem assignata per d.Christoph.pro emptione sac
corū.100.frumenti & indicio ipsius Ioānini fiscus ab eodem
dicta scuta exigit in damnū ipsius.d.Christoph.quo fit,ut eius
testimoniū minimè dici possit idoneum,iuxta tradita per Bar.
in l.deferre.§.ijdem decreuerūt.ff.de iure fis.cum alijs alleg.p
Alber.in d.tract.in rub.qñ test.repella.ra.affec.col.3.uers.si ue
rò exercuit,& uers.seq.Nec obstabunt adducta in ↄrium, nam
ꝓcederent attẽto iure cōi in testib.ritè & rectè receptis & ido
neis & omni exceptione maioribus, quæ hic cessant, ut est de-
ductum.Ex quibus ita succinctè collectis solida & firma resul
tat conclusio,eosdẽ Antoniū, & Iuliū malè & pessimè,temere
& fraudulenter molestasse & uexasse,& recōuenisse d.Christo
phorū super dictis pecunijs,& eundem reconuentū esse absol
uẽdū a dicta recōuentione, & dictos temere & falsò reconue-
niẽtes fore ↄdẽnādos ad oẽs & singulas expensas, cū tā callidè
& astutè talẽ falsitatẽ in ꝓductione dictorū testiū fuerint ma-
chinati,& ad effectū ꝓ posse examinationẽ ipsorū deduxerint.
44 Et † ad singula pitissimus iudex aduertere plurimū dẽt: cū cō
missio talis falsitatis ĩducat rẽ exẽplariā, & ne ipsi gaudeāt eo-
rū dolositate,& ipsorū exẽplo aliciant alij similia patrare,& ip
se d.Christ.ĩnoxius ↄ oẽm ueritatẽ dānum patiat,ad tradita ĩ
c.1.de re iud.lib.6.cū alijs ibidẽ citatis per Ge.& Frā. Par.Bo.

SVMMARIVM.

1 *Societas omnium bonorum quando & ex quibus dicatur contracta, & nu. 50. 51. & alijs.*
2 *Et finitur morte unius ex socijs, & nu. 46.*
3 *Nec transit in hæredes socij mortui.*
4 *Societas morte socij finita, an & ex quibus dicatur renouata inter filios & hæredes mortui, maiores etiam & pupillos, & nu. 7. 8. 16. 47. & 51.*
5 *Et an pupillus hæres maior factus possit eam ratificare.*
6 *Et quid si socius moriens mandauit illam continuari.*
Et ex quibus tale mandatum colligatur.
7 *Si redditio rationis administrationis committitur conscientiæ alicuius, quid istud importet, & nu. 24. & 35.*
8 *Pupillus quando & ex quibus possit renouare societatem, & nu. 4. 7. 50. 51. 52. 53. & alijs.*
9 *Lucrum quæsitum ex negociatione est proprium quærentis nomine suo.*
10 *Habitatio simultanea multorum quando et ex quibus inducat societatem esse contractam, & communis perceptio fructuum, & nume. 11. 13. 15. 16.*
12 *Actus uoluntarij non extendũtur ultra quàm gerantur. et n. 57.*
14 *Emptum nomine proprio per unum ex socijs erit ementis, nec cõicatur, & nu. 54. & 55.*
Maximè si non apparet ex cuius pecunia fuerit emptum.
15 *Præsumitur. n. quæsita pecunia ex propria sua negociatione.*
16 *In societate cõsideratur industria sociorum, ex qua portiones redduntur inæquales, & nu. 60.*
17 *Socius tenetur reddere rationem societatis administratæ per eũ arbitrio boni uiri, & nu. 18. & 19.*
18 *Et tenetur etiam conficere librum rationum, & illum ostendere & exhibere, & num. 19.*
19 *Et quid continere debeat liber iste rationum & inuentarium.*
20 *Patruus socius debet pecuniam nepotum pupillorũ conuertere in emptionẽ rerum stabilium, uel eam ponere ad lucrum honestũ.*
21 *Liberatio administrationis relicta quæ comprahendat, & sub ea quæ ueniant, & nu. 22. 30. & seq.*
22 *Non. n. ueniunt gesta dolo, & ea non obstante tenetur restituere libros & reliqua & omnia quæ penes se habet, & nu. 33.*
23 *Societas & si morte socij finiatur, tamen emolumenta societatis durant & ad hæredes transeunt, sicut onera.*
24 *Quãdo committitur discretioni alicuius, quid ueniat, & quid sit discretio, & dolum excludit.*
25 *Legatum relictum ob causam, illa non sequuta non debetur.*
26 *Prohibitio petenti redditionem administrationis limitata ad certas personas non extenditur ad alias: cum fuerit personalis, & nume. 37. & seq.*
27 *Legatum liberationis qualiter potest interpretari, & nu. 28. & seq. & 30. & alijs.*
29 *Et factum ob causam quando debeatur, & nu. 29. & 25.*
30 *In legato liberationis non uenit dolus, sed largum est, & nu. 34.*
31 *Et an dolus præteritus uel futurus dicatur exceptuatus.*
32 *Et quid si est dolus consistens in faciendo.*
Et quid si est dolus consistens in omittendo, & negligendo.
33 *Libri rationum possunt uendicari ab hærede, non obstante legato liberationis, & nu. 36.*
34 *Rei uendicatio præsupponit dominium.*
35 *Non vr̃ remissa redditio rationis et administrationis, si testator dicit stari debere conscientiæ & discretioni administrantis.*
38 *Prohibita matre uidentur a fortiori prohibiti & eius filij.*
39 *Mens testatoris attendenda.*
40 *Voluntas testatoris ab hærede ostendenda est.*
41 *Soror de iure cõi succedit fratribus ab intesta. mortuis.*
42 *De iure uerò statut. aliud disponente secus erit, & n. 41.*
Statutum locum sibi uendicat in rebus situatis in territorio statuentium, & nu. 43.
43 *Homo unus considerari potest ut duplex.*
Successio quandoque fit diuersimodè respectu bonorum situatorũ in diuersis territorijs, & secundùm statutum locorum.
44 *Statutum potest loqui in rem. Item & in personam.*
45 *Statutum an comprehendat forensem respectu bonorum existentium in territorio statuentium.*
48 *Pater & filius una & eadem censetur persona.*
49 *Societas contracta cum uno non extenditur ad alios.*
53 *Adultus an possit societatem contrahere.*
Si unus ex fratribus administrauit, an propterea dicatur contracta inter fratres societas, & nu. 59.

CONSILIVM LXXXIIII.

Conclusiue & decisiuè loquendo, ꝓut a me petitũ fuit. ĩ. scriptis difficultatib. subijciã, q̃ ꝯcernũt ueritatẽ ipsarũ, eã quatenus in me erit ostendendo. Dico † igitur pri. inter ipsum q. ser Pet. quousq; uixit, & ipsum f Marc. fratres fuisse ꝯctã societatẽ oĩum bonorũ, ex quo uicissim & reciprocè oĩa gerebant cõi noĩe, & q̃cquid uterque lucrabatur, ponebãt in cõi, oẽs expensas cõi noĩe faciendo, negociationes, & mercimonia exercẽdo, insimul habitãdo, comedendo, expendẽdo, emendo, & uendendo, ex qua cõione oĩum rerũ, lucrorũ, & expensarũ ꝯcta vr̃ & si non expresse saltim tacitè societas oĩum bonorũ, atteta ẽt diutina habitatione, & rõne ad inuicẽ nõ reddita iuxta ea, q̃ post Old. dicit Bart. ĩ l. Titiũ & Mæuium. §. altero. ff. de adm. tut. & Bal. in l. cum. duob. §. Papinianus. ff. pro soc. & p eundẽ & ibi latè Bal. & Sal. col. pen. in l. si patruus C. cõm. uti. iud. & p Bar. Bal. & Ang. in trac. de duobus fratr. col. 6. & p eũdẽ Bal. in l. cũ oportet, ĩ prin. C. de bon. q̃ lib. cũ alijs adductis p Pet. de Anc. ꝯs. 303. Materia de qua q̃ritur, & p Ang. ꝯs. 112. Bona acquisita, col. 1. ponit Ro. ꝯs. 291. Cum isti tres fratres, in prin. Ponunt ẽt Moder. Pap. post alios doct. adducẽtes alia ꝯsilia & decisio. in l. 1. C. qui testa. fac. pol. not. ẽt Dec. ꝯs. 21. uiso puncto, col. 1. & 2. & cõs. 66. de duobus q̃ritur, col. 2. uer. his tñ nõ obstan. ubi allegãdo rõnes, & auctoritates ꝯcludit, ex dictis actib. tacitè inter ipsos fratres ꝯctã fuisse societatẽ oĩum bonorũ. Prout ẽt hr̃ p Cor. ꝯs. 267. col. 1. uol. 1. & in alijs ꝯs. ĩ. adducendis.
2 Dico † insuper, & secundò, q̃ talis societas fuit extincta & finita morte d. ser Petri. Nam certissimũ est, morte unius ex socijs ipsam societatẽ finiri, & solui: ut hr̃ in l. in actione. §. morte. ff. pro soc. & insti. eo. §. soluitur.
3 Quod † adeo est uerũ, ut in hæredẽ socij præmortui societas ipsa non dicat̃ trãsire, ẽt si expresse inter socios istud fuisset dictũ, ut est tex. in l. nemo põt. l. iõ, & in l. uerũ. §. in heredem. ff. pro soc. & in l. furti. §. fi. ff. de infam. & iõ Bar. in d. l. iõ, dicit, ab initio pacisci nõ posse: ut hæres succedat societati, qđ sequitur Ang. cõs. 60. morte dicti filij, in princ. & Bal. consi. 109. In ista materia, uol. 2. & Abb. ꝯs. 86. col. 1. uol. 2. & Frã. de Cur. ꝯs. 68. col. 2. in fi. & cõs. 53. super articulo, ponit Alex. ꝯs. 34. uol. 2. & Cor. consi. 121. quãquã, in 1. uol. col. 2. & ꝯs. seq. & plenius ꝯs. 310. Quod dicta, col. 2. uol. 4. & Dec. cõs. 214. uisis his, col. 1. & Barba. ꝯs. 31. In p̃senti ꝯsultatione, col. 3. uol. 1. & nullus circa hoc dubitat, quin morte unius ex socijs nõ finiat̃.
4 ¶ † Dubiũ ergo tertiũ est, licet fuerit finita morte ser Petri dicta societas, an cẽseatur renouata post ipsius mortẽ inter filios, & filias d. ser Petri oẽs pupillos ex una, & ipsum f Marcum eorũ patruum ex altera, ex quo post mortem d. f Petri oẽs insimul in eadem domo habitarũt, uixerunt & comederunt, vti prius & ipse ser Marcus bona cõiter administrauit, & nullam rõnem gestorũ añ reddidit, nec etiam declarauit, q̃ nolebat amplius in dicta societate p̃manere, & nihil separatim egit, & ipsi pupilli nihil ut proprium cognouerũt. Quo fit, ut ex prædictis uideatur renouata dicta societas, licet p̃dicti essent pupilli: cũ societas finita morte possit per hr̃des mortui & expresse & tacitè renouari. l. planè. l. nemo. l. si Titius, ubi scrib. l. si id quod. §. si filius, & ibi Bar. ff. pro soc. Quod ẽt vr̃ ꝓcedere, nedum qñ hr̃des mortui sunt maiores, sed ẽt si essent pupilli, ut dicit Bal. ĩ l. mãdatũ, in tertia oppositio. C. mand. & multa adducit Ale. in d. l. ideo, & ponit Barb. in d. cõsi. 31. col. 3. & Cor. cõsi. 61. Nicolaus, uolu. 1. ubi dicit, renouari posse societatem finitam cum pupillo tacitè ex ꝯiecturis, & idẽ Cor. cons. 1. eo. uol. dicit, q̃ si patruus cõi nomine, mortuo fratre socio, trafficauit, & prosequutus est mercantias solitas, & bona erant communia, & ipse erat tutor pupillorum, & pecunia, cũ qua trafficabat, erat cõmunis, esto q̃ etiam non appareret, quo nomine fuerit negociatus, societatẽ esse renouatam cum pupillo, declarando in fi. consi. q̃ pupillus tribus modis põt societatem ꝯhere, & ponit ẽt Soci. consi. 160. In præsenti consultatione, vol. 2. & consi. 87. In præsenti, volum. 1. & Alex. consi. 132. Perlectis, uolum. 5. & Bald. consi. 448. uolum. 4. & Abb. dict. consilio 86. cum alijs adductis per

Dec

5 Dec.in d.consi.21.col.1. Vbi † dicit,cum pupillo posse ꝯhi ta
citè : qa factus maior põt ratificare,allegãdo decis.& idẽ Dec.
ꝯs.255.Casus de quo,dicit,ꝙ ꝯtinuando exercitium prius cęp
tum de cõi pecunia vr̃ cõi noĩe illud tale gestum, & ꝯñr ꝙ lu-
crum inde ꝑceptum dẽt cõicari,adducit plures decisi.ut ꝑ eũ.
6 Quæ † comprobari pñt ex his,q̃ dicit Cor.in d.ꝯsi.61.& ꝯs.3.
col.2.& 3.uol.2.ubi uult, ꝙ si defunctus socius mandauit so-
cietatem ꝯtinuari,& frater superstes socius ꝯtinuauit ut prius,
nominib.quib.añ,& de cõi pecunia, societas dr̃ esse renouata,
& ꝯtinuata,& ꝙ ipse ser Petrus hoc mandauerit, vr̃ suaderi ex
uerbis sui testamenti,dũ recõmendat suos filios dicto ser Mar
co,& uult ꝙ non teneatur reddere rõnem aliquam,ẽt in futu-
rũ administrationis faciendę, uolens ꝙ sui hr̃des stare teneant
ꝯscientiæ & discretioni dicti ser Marci. Per q̃ uerba vr̃ mãdas-
se,ꝙ deberet ꝯtinuare cõionem & societatem uti prius factum
7 erat eo uiuente. Et † licet commiserit ꝯscientiæ suæ rõnem ad
ministrationis,talis ꝯscientia dictat: ut si lucratus fuit de pecu
nia cõi,deberet illud cõicare, ut ꝯcludit Cor.d.consi.3.col.2.
& 3.uol.2.ubi hoc cõprobat rõne & auctoritate, & faciunt, q̃
idem Cor.uult consi.196.uol.3.in litera C.dicens cũ pupillis
tacitè ꝯhi societatem,qñ patruus administrabat, & de cõi sol-
uebat collectas,& alia faciebat uti prius uiuente fratre ꝯsocio.
Et uerè si prædicta in facto uera essent, ꝙ ipse s̃ Marcus de pe
cunia cõi post mortem d.ser Petri,& cõi noĩe negociatus fuit,
& oĩa gessit,prout prius gerebat uiuente ser Petro,res esset cla-
ra, ꝙ cẽseretur renouata societas cũ nepotibus suis pupillis,&
locum haberent superius allegata.Si aũt prædicta non interue
nerunt,ꝯrium erit dicendum. Qm̃ filij & filiæ d. ser Petri erãt
8 infantes & pupilli,& sic carebant tutore. Quo fit,ut inter eos
non possit dici factam aliquam renouationem societatis finitę
morte patris, ita Bald.d.ꝯs.119.uol.2.ubi uult,ꝙ qñ ex duob.
fratrib.socijs alter decedit,societas est morte finita,& si remã-
sit pupillus ex socio præmortuo,cum tali pupillo nõ potuit so
cietas de nouo ꝯhi,attenta eius incapacitate, & idẽ uoluit An-
ge.consi.60.Viso instr̃o,& Bal.in dicta.l.mandatũ, col.2.& in
d.trac.de duob.fratrib.col.6.uer. Item dico,& ita ꝯsuluit Dec.
in d.ꝯsi.213.col.5.nu.10.uersi.uenio ad s̃m, & tenet Ias.post
alios doct.in d.l.1.C.qui testam.face.pos.& Bar.& alij in d.§.
altero,& in d.l.si patruus,dicentes,solam patientiam pupillo-
rum nõ esse sufficientem,si nullus actus ex̃neus interuenit de-
notans animum renouandi societatem, & idẽ uult Cor.ꝯsi.1.
col.pen.in litera N.in fi.dicens, in dubio nõ iudicari societatẽ
renouatam cum pupillo, & idem Corn.d.consi.121.eod.uol.
& consi.24.col.1.& ꝯsi.213.Philip.in prin.uol.3.& 34.Quia,
col.fin.uol.4.& sequitur Franc. de Cur.consi.66.col.20.circa
medium,& tenet Dec.d.consi.21.col.1.& 2.ad id multa addu
cens,Concludẽtes cum pupillo impubere societatem non ꝯhi:
potissimè, qñ per patrrum non fuit aliquid gestum cõi noĩe,
quod in dubio præsumitur, ex quo nomine proprio arguitur
9 gestum.Hinc † est, ꝙ omne lucrũ post mortem ser Petri quæ-
situm erit isto casu suum & proprium, cum noĩe suo negocia-
uerit,seu præsumatur negociasse,& quæsijsse: ut probatur in l.
& magis.ff.de solutio.& per Bar.in d.§.altero,col.1.& in d.l.si
patruus,ubi ẽt Bal.& idẽ Bald.in d.trac.de duob.frat.col.3.&
consuluit Dec.in d.consi.213.col.5.num.11.& Cor.d.ꝯsi.1.
& idem Dec.d.consi.21.col.pen.& fi.ubi allegãdo decis.& ra
tiones concludit,patruum mortuo fratre consocio oĩa lucrari
ad ꝑprium commodum & suo noĩe, cum ꝑsona alia extrinse-
cus nõ intelligatur, iuxta l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.ff.de
10 uerb.obli.Et † licet ipse Marcus mortuo ser Petro insimul ha-
bitauerit cũ dictis pupillis,& retinuerint bona cõia,& indiuisa
& cõicauerint fructus perceptos ex rebus cõibus: tñ ex his nõ
dicitur inducta & renouata societas,vt habetur in l.ex parte.§.
filius.ff.fam.erc.& per Bar.in d.§.altero,& in d.l.cum duob.§.
Papinianus,& per Bar.in d.trac.col.5.& ponit Rom.in d.§.fi-
lius,& Pet.de Anch.consi.30.Quia quæstio,& bene facit text.
in d.l.cum duobus.§.si fratres.ff.pro soc.& quæ ponit Abb.ꝯs.
65.Attingam,uol.1.cum alijs cumulatis per Deci.in d.ꝯsi.21.
col.2.Vbi etiam nu.4.& 5.ad casum præsentem dicit, nõ pos
se considerari inter ipsum patruum,& nepotes impuberes fuis
se contractam, seu renouatam societatem, ex quo dicti pupilli
nihil negotiati fuerunt, nihilque posuerunt, nec aliquam ope
ram præstiterunt, propter quod societas contraheretur, Quo
fit,ut nec expresè,nec tacitè potest dici contracta, secundùm
Pet.de Perus.in trac. de duob.fratr.col.7,& uoluit Bart.in d.§.
11 altero.Hæreditas † em̃ indiuisa,& cohabitatio & fructuũ cõi-
catio non inducũt societatem in reliquis,sed tm̃ in dictis acti-
bus s̃m Bar.in l.1.§.si quis hoc interdicto.ff.de itin.actuq; pri
12 ua. Actus † em̃ uoluntarij non extenduntur ultra q̃ gerant.l.
uoluntate.C.de excus.tuto.l.fi.C.ne uxo.pro mari.& in termi
nis nostris tenet Bar.in d.§.altero,in fi.& ĩ d.l.si patruus.& ibi
Sal.col.fi.qui bñ loquitur, & Alex.consi.48.diligenter,uol.2.
nota.etiam Ang.consi.85.ex themate, in fi.& consi.117.col.1.
13 Vnde † si inter ipsum ser Marcum & eius nepotes pupillos so
lùm fuit cõio in viuendo & habitando faciẽdo cões expensas,
& in retinendo bona cõia indiuisa,capiendo fructus oẽs,soluẽ
do datia & gabellas, non ꝑpea cẽsetur ꝯcta societas in reliquis,
ut ẽt tenet Bal.Alberi.de Ros.& alij scrib.max.Ias.in d.l.1.C.q
testam.face.pos.& Ale.consi.23.consideratis his,col.2.uol.2.
& Soc.consi.40.in prin.& consi.4.5.& 7.in 4.uol.& cõsi.213.
col.2.uol.2.& Corn.consi.9.uolu.1.& consi.299.uol.4.Hinc
14 † etiam infertur,ꝙ si ser Marcus mortuo dicto ser Petro emit
aliquid nomine proprio , illud tale erit suum & proprium ut
dicit Bar.in d.§.altero,& in d.l.si patruus, & in l.1.C.pro soc.
cum alijs adductis per Deci d.consi.21.col.pen.& fi.& consi.
213.& consi.255.& Cor.consi.122.col.3. & 4.uol.2.& max.
istud procedit, qñ non apparet ex quo capitali fuit negociatus
& lucratus,ut dicit Corn.consi.267.col.1.in 1.uol.Ad quæ fa
ciunt dicta per Soc.conf.92.uers.aliqñ,& tertiò,circa.fi.in 1.
uolu.ubi uult,ꝙ si quis negociatur ex pecunia cõi,quęrit sibi:
quia proprio nomine intelligitur negociari . & idem sequitur
Corn.consi.213.col.2.& 3.uol.3.ubi ult,ꝙ si quis negocietur
ex pecunia cõi non tñ propterea dr̃ ꝯcta societas. Et suaderi
pñt considerata inhabilitate dictorum pupillorum carentium
tutore,& non facientium aliquem actum denotantem societa
tem,vñ si dictus ser Marcus & eius filij fecere mercãtias & ne
15 gociationes,& ex illis lucrati sunt,totum erit ipsius, † qñ em̃
unus negociatur,& non alter, non censetur ꝯcta societas, esto
ꝙ insimul habitent,ut plenè per Ias.in d.l.1.C.qui testam.fac.
pos.& ponit Cor.ꝯs.267.col.1.uol.1.& iõ proprium erit cum
ipsorum industria fuerit q̃situm, & noĩe ꝑprio fuerit gestum,
16 seu ita præsumatur. Et † industria valde sit consideranda, qñ
bona ẽt cõia diuiduntur : ut partes non debeant esse æquales,
ut dicit Cor.consi.54.& consi.24.& ꝯs.121.in litera A.& B.&
consi.301.in fi.uol.1.& consi.233.colu.2.& consi.222.col.1.
uol.2.& consi.296.col.3.in fin.uol.3. & consi.214.& 299.in
fi.& ꝯs.34.& 54.in 4.uol.ponit ẽt Soci.ꝯs.254.uisa & ꝯsidera-
ta,col.pen.uol.2.& Dec.d.consi.255.Et sic ꝯcludendo dico,ꝙ
si ser Marcus mortuo eius fratre gessit negotiationes noĩe suo,
uel sumus in dubio,ꝙ non dr̃ in illis renouata societas, & tãto
magis si de propria pecunia prædicta fecit & exercuit, & ꝯñr
quæsita per ipsum & empta erunt propria,& non ueniunt cõi-
canda,secus aũt erit si alia interuenerunt dicta in prin.istius ar
17 ticuli.¶† Quarta difficultas resultat,an ipse ser Marc.teneatur
reddere rõnem de his,quæ gessit tanq̃ socius & frater uiuente
ser Petro & ẽt de his q̃ gessit & administrauit de bonis dicto-
rum pupillorũ post mortẽ d.ser Petri, & an teneat̃ exhibere li
bros,& restituere dñę Helisabeth eius nepti oẽ illud,qd̃ hẽt ex
bonis dicti s̃ Petri & filiorũ spectãtib.ad ipsam d. Helisabeth,
In qua difficultate illud certũ ẽ,ꝙ socius dẽt reddere rõnes so
cietatis arbitrio boni uiri , & soluere ea q̃ penes ipsum sunt ex
societatis cã,ut ꝑ totũ ferè tit.ff.pro soc.& in l.1.§.offi.ff.de tu
tel.& rõ.distr.qui text.licet loquat̃ in tutore, tñ Bal.& alij ibi
ipsum extendũt ad quẽcunq; aliũ administratorẽ,ut hr̃ in l.2.
& ibi Bar.& in l.si q̃s absentis.ff.de neg.gest.& ĩ l.q̃dã.in prin.
ff.de eden.cũ alijs adductis per Cor.ꝯs.24.uisis,col.fi.ꝯsi.116.
circa,col.fi.uol.1.et consi.116.Ad euidẽtiam, in litera F.in 3.
18 uol. Vbi † uult,ꝙ tenet̃,qui bona cõia administrat,facere lib.
rõnũ et oñdere librũ, & rõnẽ reddere arbitrio boni uiri ẽt de
fructib.ꝑceptis,& potissimè qñ rõnes descriptæ sunt,& idẽ se-
quit̃ Soc.ꝯs.26.uers.1.quia p̃fati,& uers.seq.& ꝯs.24.uer.hinc
em̃.& uers.seq.& consi.73.uers.ex quibus,in 1.uol.& ꝯs.190.
uers.& in primis,& uers.sed p̃missis,& consi.192.Capio,uers.
circa septimam,in fi.col.pen.& ꝯs.159.In pñti,col.5.& consi.
283.col.4.in fi.uol.2.& consi.92.uiso instr̃o, num.5.uol.4.&
consi.73.difficultatem,col.6.num.12.uol.3.cum alijs cumu-
latis per Deci. in d.consi.255.nu.2. Volentem fratrem maio-
rem debere reddere rõnem administrationis hereditatis com-

munis & indiuisæ,& a fortiori ad id teneri patruũ administrã
tẽ bona cõia,ut p eũdẽ Dec.ↄſ.178.In cã,col.1.& ↄſ.192.In ca
19 ſu,col.2.Et † in iſta rõne reddẽda,primò ↄſiderãdũ eſt, an di-
ctus adminiſtrator & ſocius ↄfecerit inuẽtariũ, & librũ rõnis,
notando redditus & fructus pceptos,expẽſas,& alia,q̃ poſtmo
dũ tenetur exhibere,iux.l.tutor.& rõnes.ff.de admi.tut.& l.fi.
C.arbi.tute.& p Bal.ↄſ.363.ad euidentiã.uol.1.& Ro.ↄſ.118.
Quò ad primum,in 2.dub.& Pet.de Anch.conſ.317.In cã. Et
20 † ſi ipſe ſ Marcus habebat pecuniã dictorũ pupillorũ, debuit
eam collocare in emptionẽ pdiorũ,uel ſaltem ponere ad hone
ſtũ lucrũ:ut hr̃ in d.l.tutor q repertoriũ.§.ſi poſt,ubi Bar.& in
l.diuus,& ibi Ale.in apoſtill.ff.de falſ.& ponit Ro.ↄſ.28.uiſa,
& ↄſ.139.ꝓ propoſitæ,& Soc.conſi.2.in fi.uol.1.cum alijs ad
ductis p Dec.ↄſ.178.col.1.& conſi.192.col.1. Et licet ipſe ſer
Petrus in ſuo teſtõ uoluerit,ꝙ ipſe ſer Marcus nõ teneret̃ red-
dere rõnẽ aliquã adminiſtrationis p ipſum factæ,ſeu in futurũ
21 faciendæ.Tñ † p talẽ liberationẽ vr̃ ſolũ remiſſa ſcrupuloſa in
quiſitio rõnis reddendæ,nõ aũt vr̃ remiſſum quominus poſſit
ↄueniri rõne doli,ſi quẽ cõmiſit adminiſtrando, & quominus
teneatur reſtituere ea, q̃ de bonis dictæ Heliſabet reperiuntur
penes ipſum,ut eſt text.in l.ſi ſeruus uetitus,de leg.1.& in l.fi.
22 §.inter cętera.ff.de lib.leg. Vbi† ſi teſtator prohibet rõnem pe
ti, tñ hr̃s prohibitus põt uendicare cartas, & librum rõnum,
& notatur p gl. & alios in l.cum neceſſitatẽ.C.de fideicom.&
bonus tex.in l.Aurelio.§.Caius,& ibi Bar.co.2.& 3.& ĩ l.quas
actiones.ff.de lib.leg.& Pet.de Anc.ↄſ.107.caſus talis, cũ alijs
plenè cumulatis per Fran.de Cur.ↄſ.66. Sapienter,col.8.verſ.
Capio ſm dubium,& per Soc.conſi.190.& cõſi.192.uol.2.&
cum diuersa rõ militet in minore,nõ dẽt extendi ad ipsum tu-
torẽ,seu curatorem: vt ↄcludit Imo.& Mod.post Alex.in l.Gal
lus.§.& quid si tm̃.ff.de liber.& posth. & in casu nr̃o tradunt
34 doc.in d.l.more,& in l.transactione.C.de transac.Et † p̃dicta
suaderi pñt: qm̃ qñ minores alienant de iure cõi, eis est plenè
prouisum: tñ statutum uoluit copiosius prouidere,qñ fortasse
cum iuro faciunt alienationes, quo casu de iure cõi alienatio
tenet d.auth.sacr.pub,quæ rõ cessãt,qñ tutor,seu curator ↄ̃hit
ex quib.vr̃ dicendum,statutum prædictum non comprehẽde-
re casum præsentem,in quo tutrix,seu curatrix alienauit.¶Tñ
istis non obstã.ↄ̃rium dicendum est in casu isto.Primò: quia ẽt
si statutum non cõprehenderet casum nostrum, tñ attẽto iure
cõi in tali alienatione facta per d.tutricem, seu curatricẽ non
fuerunt seruatæ solennitates requisitę a iure cõi,ut plenissimè
35 fuit ostensum.s̃.in j.capite ↄ̃ñr fuit, & est nulla.† Secundò tol
litur obiectio,& considerandum est, ꝙ statutum prædictum, li
cet loquatur de minoribus,intẽtum habuit dare formã ↄ̃ctui,
qui celebratur a minore super re minoris,patet: quia si minor
ↄ̃heret procuratorio nomine alterius, non tenetur adimplere
requisita in statuto, nec solennitas statuti erit necessaria: ut
dicit Alex.post alios in l.quæsitum.ff. de in ius uoc.& Ias.in l.
si vnus.§.pact°,col.10.ver.2.itellige.ff.de pac.& d.Io.Baptista
de sancto

de sancto Seu.in repetitione d.l. cunctos populos.cat.16.col.
36 4.vers.hic inferamus.C.de sum.tri. Vnde†statuen.non consi-
derarunt principaliter psonā,sed rem minoris, super qua ͻhit
tur,quo casu statutum locum hēt,ēt si ͻhatur per tutorē,& cu
ratorem: vt plenè per Ias.in l.3.§.si procurator.ff.quod quisq;
iur.& in l.si id quod.ff.de iurisd.om.iud.& notatur per Bar.&
37 alios in d.l.cunctos populos,in 7.q.prin. Quod†suadet: quia
si minor constituit procuratorem,& procurator ͻhat super re
minoris, dēt seruare formam statuti,fm Are.in l.mutū.col.5.
vers.& ex prædictis.ff.de acqui.hære. & tenet Socy.in l.1.§.itē
acquirimus,col.3.vers.8.& vlt.ͻclō.ff.de acqui.pos.vbi dicit,
oēs ferè doc.Italiæ ita consuluisse, & Ias.ibi, col.2.dicit, ꝙ ita
consuleret,& iudicaret, & idē sequit̃ Soc.in l.certi condictio.
§.qm̄,col.2.& in l.si quis nec cām.ff.si cer.pet.& in l.1.§. fuit
quęsitum.ff.ad trebel.ex quo satis datur intelligi, ꝙ tale statu-
tum potius cōsiderat rem,q̄ personā, & ideo locum habet,qn̄
res minoris alienatur a procuratore,vnde idem debet esse, qn̄
38 alienatur a tutore,seu curatore. Quod†ēt suadet: nā ipse Vir-
gilius erat pupillus, & Do.Iulia tutrix ͻxit pro eo, quo casu vr̄
idem ac si ipse Virgilius pupillus ͻxisset, per text.in l.apud Iu-
lianum.§.pe.ff.ex quib.causis in posse.ea.& ideo statutum isto
39 casu dēt habere locum. Immo†alio casu non posset procedere
in pupillo,qui indistinctè ͻhere,& alienare non pōt,siue hēat
tutorem, siue non.§. nunc admonendi.instit.quib.alie.lice.&
notat ur per Pau.de Cast.in d.l.si curatorem,col.2.in princ.Et
40† licet adultus non hn̄s curatorem possit sine eo ͻhere: tn̄ si il
lum hēt,non ͻhit sine eo.d.l. si curatorem, vn̄ statutum dans
formā alienationibus, quę fiunt per minores, ͻsiderauit nedū
41 adultos,sed ēt pupillos: oēs.n.minores sunt. Et†quatenus sta-
tutum loquit̃ de alienationib.rerū pupillorū, necessariò intel-
ligit̃ de illis,quas faciunt tutores pro pupillis: qm̄ soli pupilli
sine tutorib. non pn̄t alienare ēt cum iur̄o d.authen.sacramē.
42 puberum.Vnde † si tale statutum solùm videret̃ loqui in reb.
adultorum, absurdum esset dicere: quia statuentes uoluerunt
prouidere adultis,& pupillis,& in reb.pupillorum nō ꝓcedit
nisi qn̄ alienatio fieret a tutore, ex quo a pupillo non pōt fieri
validè,& idem dicendū est in rebus adulti,siue ipse solus alie-
net,siue cum curatore,siue curator pro eo,cum de iure cōi va
leret alienatio sine attinentibus pręstito iur̄o d.auth.sacr.pub.
43 Quæ†ēt comprobantur: qm̄ statutum disponens de persona
uera trahitur ad fictam repręsentantem veram,vt per Bar.in l.
postulante.in prin.ff.ad treb.& in l.2.ff.de leg. pstan.vbi vult,
ꝙ si statutum prohibet contrahi cum bannito, locū hēt etiā si
contrahitur cum procuratore banniti,& facit.l. libertum.§.se
natus.ff.de ritu nupt.& quę notant̃ in d.§.item acquirimus.Ex
44† quibus tollitur,quod dicit Ang.in d.l.item apud Iulianū.§.
pen.volens,ꝙ statutum loquens in alienatione fienda ab adul-
to,non procedit in ea,quam facit curator adulti: quia tunc nō
verè vendit,sed fictè.l.1.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma.& in sta
tutis verba debent intelligi propriè,& non fictè.l.3.§.hæc ver
ba.ff.de negocijs gestis. Nam ex prædictis patet, statutum hr̄e
locum ēt in casu ficto,& in persona ficta repręsentante veram.
45 Et†istud est ex eo: quia in utroque casu eadem viget rō, & iō
fit extensio fm Are.in d.l.mutū, & per Imo.& alios in d.l.Gal
lus.§.& quid si tm̄,& per Alex.in d.§.hęc verba,& in l.1.§.lex
46 falc.ff.ad legem falci. Quod†ēt comprobatur: nā tale statutū
fauorabile est,ut declarat Bar.in l.qui exceptionē.ff.de condi.
inde.& in d.l. cunctos populos in 6.q.princ. in tertio mēbro,
47 & per Are.ͻs.2.col.pe. Quo†casu,ēt in exorbitantib.fit exten-
sio de casu vero ad fictum,qn̄ in utroq; eadem subest ratio, &
sumus in fauorabilibus,fm Bar.& alios oēs in l.si constante,in
prin.ff.sol.matr.& per Bal.Pau.& Alex.in l.qui se patris.C.vn̄
lib.& per Alex.in l.2.§.prætor aūt.ff.de in ius uoc. & ideo sta-
tutum nostrum loquens in minore, cū sit fauorabile, extendi
48 debet,qn̄ minor fictè ͻhit per curatorem.¶†Nec obstat,qđ di
cebatur superius,diuersam esse rōnem,qn̄ minor ͻhit,& qn̄ ͻ-
hit curator,qui est sagax &c. Nam aduertendum est,ꝙ istamet
rō ēt procedit in procuratore,qn̄ ͻhit pro minore, qui procu-
rator præsumitur sagax, & quod bene gerat negocia, nec aliàs
teneatur mandati, & tn̄ solennitas statuti habebit locum, qn̄
ipse procurator ͻhit pro minore, ut plenè hr̄ per scrib.in d.§.
item acquirimus,& in alijs locis s̄.adductis. Quod ēt ͻfirmat̃.
Nam si minor ͻheret cum auctoritate curatoris fm opi. Ang.
& aliorum,sequeretur, ꝙ statutum non haberet locū, nec etiā
restitutio in integrū,ex quo interueniente curatore non posset
decipi,qđ est ͻ tex.in l.1.& 2.& ibi Pau.de Cas.C.si tut.vel cu
rat.& idem dicit Pau.in l.fin.C.de fideiussor.mino. unde siue
solus minor uendat,siue vendat cum auctoritate curatoris, ex
quo pōt lædi, habebit locum restitutio in integ. & dispō iuris
cōis, & ēt dispositio statutaria, quod nullus inficiat, & iste est
propriè casus noster cōsiderata persona ipsius Pyrrhi, qui ͻxit
cum auc.ipsius D.Iuliæ tutricis: ut patet ex instr̄o dictæ uendi
tionis,& erit idem dicēdum,qn̄ solus curator ͻhit, cum dicto
casu eadem vigeat rō: cum uno casu persona curatoris interue
niat auctorando, alio casu interueniat ͻhendo immediatè, oī
tn̄ casu ͻctus fit super re minoris,& uiget rō læsionis, q̄ cōtin-
49 gere posset, vn̄ a pari prædicta iudicanda sunt. ¶†Nec obstat,
qđ dicunt Ang.& Cuma.in d.l.apud Iulianum, & Are.in d.§.
hæres,& scrib.in d.l.more.ff. de acqui.hære. ad quorum opi.
Alex.vr̄ se remittere in d.l.3.§.si ꝓcurator.ff.quod quisq; iur.
50 Nam†termini nostri sunt satis diuersi a dec.ipsorum, ͻ quam
51 vr̄ tenere Alex.in apostil.ad Bar.in d.§.fi.Et† considerandum
est,ꝙ dicti doc. loquuntur in statuto prohibente mulierem ͻ-
here sine attinentibus,qđ statutum est exorbitans, & ualde re-
strictiuum iuris cōis disponētis, mulierem posse ͻhere per se,
ēt si maritum habeat, & absente marito, dummodo ꝙ sit ma-
ior.l.velles.C.de reuo.dona.unde esto ꝙ statutum esset fauora
bile;tn̄ quia est exorbitans,& valde restrictiuum iuris cōis, nō
extenditur de casu ad casum, ēt stāte identitate rōnis,ut plenè
per Alex.& alios in d.l.si constante, in princ. & per Ias.in auc.
quas actiones.C.de sac.san.eccl.& p Maria.Socy.ͻs.30.col.6.
vol.1.statutum verò nostrum fauorabile est, nec est correcto-
rium, nec ita restrictiuum iuris communis, unde nimirum si
extendi debet in casu, in quo eadem uiget ratio,& s̄.dictū est.
52 Ad†quæ faciunt not.per Dec.in c.qua fronte,col.2.de appel-
la.& Ias.in d.§.pactus.col.8.& in l.si apud acta.C. de transa.&
in l.Barbarius.ff.de of.præto.ubi dicit, ꝙ ita consuleret, & iu-
53 dicaret ͻ Ang.¶†Non obstat ēt, quod superius dicebatur,sta-
tutum considerasse casum, qn̄ adultus contrahit cum iur̄o: nā
istud non potest esse uerum, tum quia statutum de iur̄o loqui
tur per dictionem implicatiuam, ēt, quæ includit alios casus,
in quibus iur̄m non interuenisset.l.illud.ff.ad legem aquil. &
plenè notatur in l.1.ff.de iurisd.omn.iud.item etiam quia sta
tutum vendicat sibi locum in pupillo,cui iur̄m non est in cō-
sideratione d.authen.sacram.pube. ex quibus infert̃ statutum
præsens Veron.procedere, qn̄ minor contrahit cū auctoritate
curatoris: ut est in casu nostro quꝺ ad ipsum Pyrrhū, itē & qn̄
tutor ͻhit pro pupillo: vt fuit respectu ipsius Virgilij, item in-
fertur locum habere,ēt si ͻctus celebratur per curatorē super
54 re tn̄ minoris,vt s̄.apertè ostensum est. ¶†Postremò ͻ statutū
* prædictum adduci potest illud, quod vult Bar. quē*cōiter se-
quuntur doc.in d.l.cunctos populos.in 6.q.principali,ubi di-
cit,attendi debere locum,in quo celebratur ͻctus,quò ad solē
nitatē,quę in ipso cōtractu requirit̃,adducendo tex.in l.si fun
dus.ff.de euictio. cū alijs cumulatis per Fely.in c.1. col.11.in
prin.vers.circa.2.principale, ex̃ de sponsa. & per Soci.ͻs.103.
col.antep.& pen.uol.4.sed sic est,ꝙ in casu pn̄ti ͻctus dictę vē
ditionis fuit celebratus extra territorium Veron.ut clarè patet
55 ex instr̄o uenditionis,& ex processu. Quo†fit,ut in tali contra
ctu celebrato extra territorium tale statutū non procedat,nec
locum habeat,& eo magis;quia ipsa d.Blanca,cum qua fuit cō
tractum,erat forensis, & statutum non ligabat ipsam,ut plenè
per doc.in d.l.oēs populi,& in d.l.cunctos populos,& in c.1.
56 extra de constitu. Ista†obiectio tollitur considerando,ꝙ statu
tum Veronense concernit fauorem minorum,ut supra proba-
tum est, quo casu ipsos ligat,ubicunq; contrahant, ēt si extra
territorium contraherent,& eo maximè : qm̄ contractus fuit
celebratus sup re sita in territorio Veronensi,& dicti Pyrrhus,
& Virgilius domicilium habebant in d.territorio, & ipse Vir-
gilius erat inde originarius,ita vr̄ tenere Bar.in d.l.cunctos po
pulos,in 6.q. principali uers. Aut statutū est prohibitiuū, ubi
vult,ꝙ statutum prohibens minores aliquid facere,ne decipiā
tur,dr̄ fauorabile,& locum habet etiam si minores contrahāt
extra iurisdictionem statuentium,quod ēt sequitur Pe. de An-
car.in c.1.de const.in 12.q.principali,ubi refert disputationē
domini Zachariæ, qui dicebat, ꝙ si statuto Taruisij cauet̃, ꝙ
nulla mulier possit contractum facere sine cons.duorū proxi-
morū, quòd tale statutū habebit locū, ēt si dicta mulier Tar-
uisina

uisina ɔheret Venetijs. Nã cũ tale ſtatutũ ſit fauorabile, ligat ɔhentem, vbiq; terrarũ ɔhat, p doctri. Bar. in d. 6. q. vbi Alexã. idẽ ſequit in apoſtil. ad Bar. & plenius hoc idẽ ſequit ibi D. Io. Baptiſta de S. Seue. in ſua repetitione. car. 16. & 17. ubi concludit, ꝙ minor ɔhens ex̃ territoriũ ligat ſtatuto dante certã formã ɔctui, qñ ſtatutũ tendit in fauorẽ minoris, vt eſt præſens.
57 ¶†Eſt verũ ꝙ in locis p̃dictis Pet. de Anch. Alex. & D. Io. Baptiſta dñt, iſtud ꝓcedere, qñ talis minor, vel mulier ɔheret extra territoriũ cũ alio ſubdito ipſius territorij, ſecus ſi ɔheret cum non ſubdito: quia tunc ſtatutũ non haberet locũ, qđ vltimum vr̃ uerificari in caſu p̃nti, in quo ex̃ territoriũ Veron. fuit cele-
58 bratus ɔctus cũ ipſa D. Blanca, q̃ eſt, ut dr̃, forẽſis. Tñ† hoc nõ obſtante in caſu nr̃o idẽ dicendũ eſt: eo qm̃ ipſa D. Blanca, ut in facto mihi relatũ eſt, erat de diſtrictu Ver. ergo ſumus in caſu dictę deci. Prę terea eſto, ꝙ non eſſet de d. diſtrictu: tñ erat uicina territorio ſtatuentiũ, immo, & fortius pfectã notitiam hẽbat de d. ſtatu. Ver. & vt fieret fraus. d. ſtatu. inter ipſam, & d. D. Iuliã tutricẽ fuit tractatũ, & ɔuentũ: vt d. ɔctus celebraret extra terri. Ver. quib. ſtantib. reſultat ɔclo, ſtatutũ p̃dictũ tali caſu hr̃e locũ in ipſa ſciente diſpõnẽ ſtatuti: vt in ſi. dicit Alb. de Roſ. in 2. par. ſtatu. q. 1. & bñ facit. l. 2. C. de com. & meca. & iſtud ſequi vr̃ d. Io. Bap. de S. Seue. in d. repe. l. cunctos populos
59 car. 30. & p̃ce. ver. Raynerius tñ intelligit. Quę † ẽt ɔfirmant: nã ille q̃ data opa exiuit fines ſui territorij, & ibi ɔhat animo fraudandi ſtatutũ, ligat d. ſtat. vt eſt de mẽte Bal. in l. multùm intereſt, col. ult. C. ſi q̃s alte. uel ſibi, qđ ſequit d. Io. Bapt. ĩ d. l. cunctos populos, car. 16. col. 1. & 2. verſ. qñ verò ille qui ɔhit.
60 Prout† ẽt tollit obiectio, ex quo ſtatutũ nr̃m, nedũ loquit pſonaliter, ſed potius inhabilitat actũ rõne pſonæ, & potius ɔſiderat rẽ, vt ſupius dictũ eſt, quo fit, vt rõne rei ſitæ ſtatutũ p̃dictũ locũ hẽat, vbicunq; ɔctus celebret, dũmõ reſpiciat rẽ ſitã ĩ territo. ſtatuentiũ, vt vr̃ ſentire Bar. & alij in d. l. cunctos populos
61 in 7. q. prin. col. 16. uerſ. ſed poſſet dubitari de tali. q. Et† bñ faciunt, q̃ ponit d. Io. Bapt. de S. Seu. in d. l. cunctos popu. car. 15. & q̃ hñt in c. 1. de priu. li. 6. & in c. fi. & in c. dilecti, ex̃ de foro cõpe. ubi rõne rei ſitæ multa ɔcedunt, q̃ aliàs nõ ɔcederent. Et q̃ ponũt doc. in d. l. 3. §. procurator. ff. qđ quiſq; iur. & in l. ſi quis id qđ. ff. de iur. om. iud. & in c. mulieres, de ſen. excõ. cum ſi. ubi diſtinguit, an diſpõ loquat in pſonã, an verò in rem. ¶Ex quib. ɔcludendum ſequit. attenta ẽt diſpõne d. ſtatuti Veron. talem venditionem fuiſſe, & eſſe penitus nullam, & a fortiori, & ſine aliquo dub. idem ɔcludendũ eſt attenta diſpõne iuris cõis, vt fuit dictum, & concluſum. s̃. in. 1. capite. Pariſ. Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Non ualet alienatio rerum minoris, ſi de iure requiſita non interuenerunt.*
2 *Et in caſu præmiſſo debet fieri de rebus minus damnoſis.*
3 *Communio parit diſcordiam.*
4 *Et præcedere debet ſententia, bona alia non extare, vt ſtabilia poſſint alienari.*
5 *Et tutoris aſſertio de iſtis facta non releuat, & nu. 4.*
6 *Et de iſtis debet conſtare, antequam decretum de alienando interponatur.*
7 *Non valet, quando decretum non concordat cum alienatione.*
8 *Et quid ſi poſt decretũ interpoſitũ nulla ſubſecuta eſt ſubhaſtatio.*
9 *Et iſtæ ſolennitates remanent firmæ, ſi ſtatutum eas non tollit.*
10 *Et ſtatutum loquens de geſtis per minores, non capit, quæ geſta fuerunt cum impuberibus, & pupillis.*
11 *Et ſi ſtatutum tollit reſtitutionem in integrum, non dicitur tollere nullitatem.*
12 *Et quia ſtricti iuris eſt, ſtrictè debet intelligi.*
13 *Et ſi eſt correctorium iuris communis, non debet extendi.*
14 *Et quid ſi apparet læſio, ceſſabit ſtatutum.*
15 *Et debet intelligi, ſi ſolennitates interuenerunt.*
16 *An & quando præſumendum ſit pro decreto.*
17 *Et quid ſi in decreto explicitè non ſunt enumeratæ ſolennitates.*
18 *Et ẽt ſi eſſent enunciatæ, adhuc enunciationi minimè erit ſtandũ*
19 *Et contra decretum recipitur probatio in contrarium.*
20 *Et decreto non obſtante poſſunt alienata recuperari.*
21 *Relatio habens rélationem ad aliud debet ſecundum illud interpretari.*
22 *Et ſecundùm tenorem, & qualitatem relati debet intelligi.*
23 *Decretum eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi.*
Et habens relationẽ ad ſupplicatá eſt ſecundũ illa interpretandũ
24 *Licentia, & decretum alienandi diuerſa ſunt.*
25 *A forma decreti non eſt recedendum, & n. 26.*
27 *Alienatio rei minoris facta à tutore ſine decreto nulla eſt.*
28 *Promiſſio, & obligatio annua iudicatur ut res immobilis.*
29 *Non infertur ex diuerſis.*
30 *Nullus eſt actus contra formam ſtatuti celebratus.*
31 *Decretum eſt quid indiuiduum, & n. 32.*
Decretum pro parte falſum in totum erit falſum, & n. 35.
32 *Adiudicatio inſolutum pro parte falſa in totum redditur falſa, & nume. 34.*
33 *Fructus percepti ex falſa adiudicatione, an & quando dicantur bene percepti, & veniant imputandi in ſortem, & reſtituendi, & nume. 32.*
36 *Vbi adeſt nullitas, non erit neceſſaria reſtitutio in integrum.*
37 *Qui tenetur ad annuam ſolutionem, propter caſum fortuitum liberatur, & n. 38.*
38 *Et quid ſi fructus non ſunt nati. & n. 39.*
40 *Violentia facta per exercitũ, cui nõ p̃ot reſiſti, eſt caſus fortuitus*
41 *Datio inſolutum ſimilis eſt uenditioni.*
42 *Damnum caſu fortuito eueniens ad dominum rei ſpectat.*
43 *Iniuſtitia manifeſta, & notoria æquiparatur nullitati.*
44 *Sñia nulla eſt, quando ab eo profertur, qui ſuo officio functus eſt.*
45 *Idem quando finita inſtantia fuit promulgata.*
46 *An currat inſtantia, ſi appellatum eſt ab interlocutoria, et n. 47*
48 *Et impediatur eius curſus, ſi fuit prorogatum.*
49 *Et pacto adhuc iurato non impeditur curſus eius.*
50 *Et idem erit in inſtantia ſtatutaria.*
51 *Proceſſus, & inde ſecuta agitata à falſo procuratore nulla ſunt.*
52 *De nullitate dici poteſt etiam poſt ſententiam.*
53 *Fallit, quando id tenderet ad commodum ratificantis, & cõtra abſentem iudicium fuiſſet agitatum.*
55 *Geſta per curatorem, de cuius cura non conſtat, pupillis non præiudicant.*
56 *Contra ſententiam peti p̃ot per minorem reſtitutio in integrũ.*
57 *Etiam ſi minor fuiſſet defenſus iuſtè.*
58 *Approbatio ſententiæ nullæ valet in vim pacti.*
59 *Et procedit, quando facta eſt à perſona habili, aliàs ſecus.*
60 *Nec approbatio poteſt operari, ut valeat vt ſententia.*
Liberatio informiter facta nihil operatur.
61 *Et ex ea tertius extraneus non poteſt ſe iuuare.*
62 *Res inter alios acta &c.*
63 *Liberatio perſonalis non egreditur perſonam*
64 *Liberatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda.*
65 *Minori non denegatur reſtitutio in integrum, eſto quòd contra tutorem habeat actionem.*
66 *Actus nullus non poteſt ratificari.*
67 *Contrafacientes legi, uel ſtatuto in dolo dicuntur uerſari.*
68 *Dolus præſumptus à lege, ſeu ſtatuto nõ indiget alia probatione.*
69 *Ratificatio actus doloſi facta à minore non tenet.*
70 *Præſumptio doli eſt iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio.*
71 *Ignorans non dicitur conſentire.*
Ratificatio non extenditur ad ignorata.
72 *Dolo deceptus, non dicitur conſentire.*
73 *Beneficio alterius quis conſequitur, quod de ſe non haberet, & ſic habebit reſtitutionem.*
74 *Reſtitutio in integrum competit maioribus ex capite ignorantiæ, & ex illa parte, ſi qua mihi &c.*
75 *In facto alieno cadit ignorantia.*
76 *Sententia nulla exequenda minimè eſt.*
77 *Et maximè, quando adeſt defectus iuriſdictionis.*
78 *Et quando nullitas incontinenti oſtenditur apertè.*
79 *Et quando per viam exceptionis eſt deducta.*
80 *Reſtitutio in integrum quando impediat ſententiæ executionem & n. 81. 82. & 83.*
81 *Et an ſit diſtinguendum, utrum requirat altiorem indaginem.*
82 *Et quid ſi ſententia eſt regia, ſeu principis ſupremi.*
84 *Exceptio præſcriptionis obſtat agenti.*
85 *Euitanda eſt iuris communis correctio.*
86 *Et danda eſt concordia.*
87 *Scientia præſumitur in actore quãdo penes ſe habuit ſcripturas.*
88 *Scientia ex coniecturis probatur.*

CON-

CONSILIVM C.

Contractus transactio, & datio insolutum inita & celebrata inter q. Franc. de Bolo-
gninis, tunc assertum tutorem filiorum pupillorum q. D. Hie-
ronymi de Bologninis ex vna, & D. Annibalem de Saxono ex
altera, de & super medietate cuiusdam molendini, & certarũ
aliarum rerum, de quib. in instr̃o dictarum transactionis, &
dationis insolutum, fuerũt, & sunt ipso iure nullæ, inefficaces,
& inualidæ, considerata vera dispõne iuris cõis, & considerato
tenore supplicationis, & decreti superinde interpositi, & con-
siderato tenore, & pactis dictarum trãsactionis, & dationis in-
1 solutum. Deducitur † concl'o præmissa ex eo: qm̃ in prædicta
alienatione minimè interuenere requisita de iure cõi ad ipsi⁹
validitatem, de quib. per totum illum titulum. ff. de reb. eo. &
C. de præd. mino. & alibi pluries, quæ requisita cumulat, & re-
fert Bal. in suo repertorio ad Inno. in vers. ꝯctus, & plenius in
suo cons. qđ refert, & sequit̃ D. Fabia. de monte S. Sabi. in trac.
de emp. & uen. car. 21. col. 1. & seq. uer. sequitur uidere de for
ma, & solennitate, in 5. q. prin. & est deci. ꝯs. Neap. 259. fuit in
2 ꝯs. & alibi per doc. & legendo & consulendo pluries. Et † ut in
d. locis traditur, per tex. in l. magis puto. §. non passim, & ver. si
sit, & ver. seq. de reb. eo. illud certissimũ est in casu necessitatis,
& concurrentib. alijs requisitis permitti alienationem rerum
stabilium minoris, de reb. minus damnosis, & non de alijs, cu-
ius ꝯrium in casu pñti factum oñditur, consideratis pactis, pro
missionibus, & obligationib. appositis per ipsum tutorẽ de cõ-
seruandis, & manutenendis machinis, & de soluendis p trien-
3 nium singulo anno corbibus. 150. frumenti. Prout, † & 2. qm̃
vendita fuit medietas molendini pro indiuiso, & in cõi, quæ
cõio quantùm damnosa sit, oñdit tex. in l. si non sortẽ. §. si cen-
tum. ff. de cond. indebi. in l. 1. C. qñ, & quib. quarta pars deb.
li. 10. & tex. in l. cũ pr̃. §. dulcissimis, de leg. 3. & alia iura uulg.
& ẽt ipso facto istud apparuit destructo molendino per incur
sum militum, ad cuius reintegrationẽ d. Annibal minimè cu-
4 rauit pro parte expensas ministrare. Prout † ẽt qm̃; vt vendãtur
res stabiles minoris, & alienent̃ ſm Ang. in authen. de eccl. re.
immo. alie. colla. 5. quem refert, & sequit̃ D. Fab. ubi. s̃. & dec.
ꝯs. Neap. pallegata, & Roma. ꝯs. 321. in casu proposito, & Cor.
ꝯs. 92. licet, col. 2. uol. 4. Necessarium est: ut pcedat interlocu-
toria iudicis, p quam declaret̃, non extare bona mobilia ipsorũ
minorum, & ꝙ illa, quæ alienantur, sunt minus damnosa. Nec
dicatur hic extare decretũ, & assertionẽ tutoris, & alterius re-
ferentis D. Antianis talem alienationem esse necessariã, & vtilẽ
pupillis: qm̃ assertioni tutoris minimè standum est, & relatio
5 illius minimè tangit istud. Ex † eo ẽt: quia ꝯrium pdictorum
apertissimè oñditur, ut dicit tex. i d. l. magis puto. §. nõ passim,
6 & in §. in primis, & in l. quamuis. ff. de præd. min. Nec † modo
aliquo de prædictis requisitis apparet constare formiter, & cõ
cludenter ante interpositionem decreti, uti necessarium erat,
per tex. in l. lex quæ tutores. C. de præd. minor. ubi disponitur,
talem probationẽ debere constare in actis ante interpositionẽ
decreti, adeo ut si non præcedentibus istis iudex decretũ inter
ponit, pro tali decreto minimè p̃sumendum est, ex eo quia de
tali causę cognitione, & probatione fieri dẽt scriptura separata
ab ipso decreto, & ab ipsa alienatione: ut tradit Spec. relatus a
Pau. de Cast. cons. 39. super eo, quod quęritur, quos sequit̃ Ias.
post alios in l. sciendum, col. 5. uers. 3. adde. ff. de uerb. obli. ubi
ad idem adducit cons. Alex. & aliud consilium Pau. de Cast. vt
idem etiam Ias. facit in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de
offic. procon. & legat. col. pen. uers. item adde. Accedat † prædi
7 ctis & alia nullitas: qm̃ decretum minimè concordat cum ip-
sa alienatione, quæ in pluribus facta apparet ꝯ formam dicti
decreti, ꝯñr in totum redditur nulla, ut est text. apertus in l. si
8 pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eo. & dicet̃ inferius. † Prout
etiam & alia ostenditur, nam post decretum interpositũ nullæ
subsecutæ fuere subhastationes, quo fit ut alienatio nulla red-
dat̃, ut hr̃ in l. fine. §. 1. & ibi gl. & Bar. legens. d. §. in l. præce. in
§. hodie. ff. de mino. & idem Bar. & alij scribe. in l. si tempora,
col. fi. C. de fid. instr. lib. 10. & in l. alio, col. fi. ff. de alim. & cib.
legat. & Spec. relatus per d. Fabia. in d. tra. de emp. & ven. in 5.
par. principali, car. 20. col. 1. & 2. uers. sequitur de solennitate
subhastationis, & est aperta deci. ꝯs. Neap. præallegata. 249. &
Ludo. Rom. in d. ꝯs. 321. & Cor. ꝯs. 71. in prin. uol. 3. & ꝯs. 29.
* col. 2. uol. 4. & * ita cõiter tenet̃, subhastationẽ esse necessariã,
qua non interueniente alienatio redditur nulla. ¶ Nec dicatur
has solennitates de iure cõi requisitas esse sublatas per statutũ
Bono. sub rub. de ꝯctib. cum mino. &c. Nam d. statutum mini-
mè d. solennitates requisitas tollit, ut est videre ex tenore ipsi⁹
ꝯñr remanẽt firmæ. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. C.
9 de appel. Et † si ponit aliam solennitatem, nõ ppea derogat illis
inductis de iure cõi, vt aliàs consulendo dixi. Prout ẽt: qm̃ d.
statutum, ut apparet ex eius rubrica, & ex uerbis positis in fine
ipsius, & ex illius lectura, loquitur de ꝯctib. gestis cum minori-
bus, & cum puberibus, non aũt de illis gestis cum impuberib.
10 & pupillis, & cum tutorib. ipsorum, ut fuit pñs. Quo † casu so-
lennitates iuris cõis sunt seruandæ non obstante dispositione
statutaria, quę isto casu non loquit̃: ut tradunt Ang. Cuma. in
l. apud Iulianum. §. ꝯriũ, & §. si pupillus. ff. quib. ex ca. in poss.
ea. & Aret. in §. hæres quoq;, insti. de obl. quæ ex qua. contra. &
Alex. in l. 3. §. procurator. ff. quod quisq; iur. & aliàs ꝯsulendo
dixi, ſm quæ dẽt istud intelligi, quod nõ vr̃ considerabile: qm̃
statutum loquitur ẽt de gestis per pupillum cum auctoritate
11 tutoris. Prout † & tertiò cessat obiectio: nã tale statutũ loquẽs
de ꝯctibus minorum, & puberum solùm tollit restitutionem
in integrum, non aũt tollit nullitatẽ, quæ in casu pñti multi-
12 pliciter vertitur, ut deductum est. Et † cum sit stricti iuris stri-
ctè debet intelligi. l. quicquid astringendæ, cum uulgari. ff. de
13 uerborum obligatio. l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. Eo † etiam
quia est correctorium iuris cõis, & ideo minimè extendendũ
ad casum in eo non expressum, ad plenè nota. in authen. quas
actiones. C. de sacr. san. eccl. in l. si verò. §. de uiro, & in l. si con-
14 stante, in prin. per Bar. Imo. & alios. ff. sol. matri. Tum † quoq;
qm̃ licet eo casu tollat restitutionem, tñ non loquit̃, qñ appa-
ret læsio: tollit. n. solùm restitutionem minoris ætatis, & non
ex alia cã si competeret, nec alia remedia, ut firmat Alex. ꝯs. 53.
uisis, col. 2. uers. ex istis sequit̃, uol. 3. Et ideo interpretationem
recipit, ut minus corrigat ius cõe, & ut minus damnũ inferat
tertio, ad plenè nota. in l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib.
& in l. prætor, in prin. ff. de dam. infe. & per Canon. in c. super
15 eo, de offi. delega. Prout † & quartò statutum non obstat etiã
eo casu quo loquitur: quia tollit restitutionẽ in integrum, qñ
seruatæ essent solennitates in statuto traditæ per puberẽ & mi-
norem ꝯhẽtem, quod vtiq; in casu nostro cessat, ex quo forma
decreti minimè fuit seruata in alienatione postmodum subse-
quuta, ut statim dicetur, & diffusè prosequitur Alex. d. ꝯs. 53.
Eo ẽt qm̃ nulla apparet consuetudo, usus seu stilus, qđ in alio
casu nihil fuerit iudicatum ꝯ solẽnitates a iure cõi requisitas.
Nec tale statutum apparet interpretatum: ut solennitates a iu
re cõi requisitæ deberent cessare, qñ impuberes & pupilli, seu
ipsorum tutor alienat, & contrahit, unde cum in pñti aliena-
tione cessent solennitates requisitæ, meritò reddit̃ nulla, vt de
16 ductum est. ¶ † Nec istis habet obstare, si dicatur, quòd in tali
alienatione suberat iusta cã, & ꝙ præcessit solennitas a iure re-
quisita, & alia necessaria, ex quo fuit interpositum decretum
pro quo præsumendum est, ꝙ prædicta interuenerint, argõ gl.
in l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. & ſm Bal. in l. 1. ff. de reb. eo. & in
l. fi. C. de prædi. mino. & diffusè per Alex. in l. sciendum. ff. de
ver. obl. col. 7. & 8. uers. item fallit, & per Fely. in c. qm̃ cõtra,
de proba. car. antep. uers. 8. conclusio, & Deci. ibi, car. pen. col.
17 1. uers. vltim. notandum est. Nam † obiectio ista tollit̃, ex eo
quia in ipso decreto explicitè non sunt enunciatę dictæ solen-
nitates requisitæ, quo fit, ut circa earum interuentum pro de-
creto non præsumatur, ut dicit Bal. in l. ex his, col. 2. C. de te-
stam. mili. & in d. l. 1. ff. de reb. eo. uolẽs, ita debere intelligi gl.
in d. l. 1. C. de fide instrum. & ita firmat Fely. in d. c. qm̃ ꝯ, car.
antep. col. 1. uers. & istud, quod dictum est, & est de mẽte Ale.
in d. l. sciendum, col. 7. & 8. quod sequitur Ias. ibi, col. 6. uersic.
limita seu declara, & Io. Fab. insti. de fideiuss. §. fi. expresse vult
quòd in decreto nominatim debet exprimi, dictas solẽnitates
interuenisse: ut etiam firmat Fely. ubi supra, & assertiones tu-
toris, & alterius referentis ẽt has solennitates non enunciant.
18 Et † si illas enunciarent, adhuc eis nõ esset danda fides d. §. nõ
19 passim. c. a nobis, extra de testibus, cum si. ¶ † Ad quod ẽt: qm̃
licet pro decreto præsumeretur, tñ recipitur probatio in con-
trarium: ut sentit Alex. in d. l. sciendum, & Ias. ibi, vers. prælle
gato, & Fely. in d. c. qm̃ ꝯ, car. antep. col. 4. uers. uerùm, qui ad-
ducit tex. gl. & Anch. in c. 1. de reb. eccl. non alien. post Areti.
in d. c. qm̃ ꝯ, col. fi. uers. & quia superius, & per Alex. cons. 87.
vila,

visa,col.4.uol.4. & in proprijs terminis est tex.in l.quamuis.
ff.de reb.eo.& in l.si præses.C. de præd.mino. & in casu pñti
apertissimè constat, dictas solennitates minimè interuenisse.
20 ¶†Ex quo infertur,q decreto non obstan.isti maiores.tũc mi-
nores pñt recuperare bona pdicta alienata: vt hr̃ in l.1.§.1.&
in l.magis puto.§.pen.& in l.quãuis.ff.de reb.eo.& in l.si præ
ses.præalleg.cũ ꝯcor.Si ẽt ꝯsiderare volumus dispõnem pdicti
statuti,adhuc idẽ concludendũ erit.Nã inter alia disponit,in-
teruenire debere decretũ Do.Antianorum, quo cessante alie-
nationes factæ reddunt̃ nullæ. At in casu pñti minimè tale de
cretũ interuenit in oĩb.alienatis promissis, & obligatis,ꝯñr ẽt
ꝯsiderato statuto alienatio prædicta erit nulla. ¶Quòd modò
21 decretum non interuenerit oñditur. Nã†& relatio illius, cui
cõmissa erat informatio, & successiuè decretũ illorũ dñorum
relationẽ habent ad supplicationẽ porrectã per assertũ tutorẽ
prædictis dñis: vt patet ex illis verbis sub ꝯdõnibus, & pactis,
de quib.in præinserta supplicatione, & ex illis uerbis decreti,
vt s̃.petitũ,q̃ relatiua sunt ad præcedentia, vt tradit Bar.p illũ
tex.ĩ l.1.§.hoc edicto.ff.de postu. & in l.talis scriptura,in prĩ.
22 de leg.1.Et†cum relatio illius,& successiuè decretũ se referãt
ad supplicata,intelligenda necessariò sunt sm tenorem & qua
litatem supplicationum,& non vltra,ex quo referens hẽt rela
tionem ad relatum, sm qualitates, & ꝯditiones relati, & non
vltra,vt tradit Bar.allegãdo iura in l.si seruũ.§.fi.col.2. de leg.
2.& in l.1.ff.de receptato. & in l.1.& 3.ff.si fam.fur.fec.dica.
& tradit̃ in l.in summa,in prin.ff.de re iudi.& in l.Titia.§.idẽ
rñdet, vbi Aret.tangit.ff. de uerb.obl.& facit.l. asse toto.ff.de
hęredi.insti.& l.in testõ.la 1.ff.de condi.& demon.cum simil.
23 Hmõi†igitur decretum est de sui natura stricti iuris,& strictè
intelligendum.l.1.C. si plu.una sen.& per Deci.ꝯs.44. & pro
tenui,nu.4.& in l.1.n.6.C.qñ non pet.par.& relatiuũ ad sup-
plicationẽ fuit limitatum & restrictũ ad supplicata, ꝯñr limi-
tatum tm̃ produxit effectũ.l.cancellauerat.ff.de his q̃ in testa.
del.l.in agris.ff.de acqu.re.dominio,cum uulg.In supplicatio
ne modò non petitur nisi licentia & decretum dandi in solu-
tum medietatem molẽdini unà cum macinis, nec aliquid ibi
dr̃,q tutor,qui solus ista promisit,& non illi duo impuberes,
& pupilli, qui tunc dñr fuisse pñtes, aliquid promiserunt, q
deberet se obligare ad manutenendum macinas & molas,nec
ẽt in supplicatione dr̃ & petitur,q ipse tutor posset se obligare
per triennium singulo anno soluere d. Annibali. 150. corbes
frumenti, ꝯñr super istis duabus oblig.non fuit supplicatum,
nec petitum decretum interponi, & ideo ad illas faciendum
non põt dici decretum fuisse interpositum. Quo fit; vt d.duæ
obligationes postmodũ factę p tutorẽ in instrõ dationis in so-
lutum apertissimè factę iudicantur sine decreto,& sic nulliter
24 & ꝯsiderato iure cõi,& ꝯsiderata dispõne statuti.† Diuersa.n.
sunt licentia,& decretum alienandi, licentia & decretũ obli-
gandi,& ideo vno ꝯcesso nõ uenit aliud,quinimmo uno ꝯces-
su p iudicem aliud cẽset̃ esse denegatũ, ita ut si illud fiat,dicat̃
factũ sine decreto & nulliter,tex.est in ꝓprijs terminis nostris
in l.si pupillorũ.§.si prætor,& in l.magis puto.§.idem ptor.ff.
de reb.eorũ.Et facit tex.in l.cũ ptor,in prin.ff. de iud.& in ca.
25 non ne de psum. Et † quia a forma decreti nõ est recedendũ,
26 ut dñt Bal.& alij per illũ tex.in d.§.si prætor: Et†quia faciũt,
q̃ cumulant Alex. & alij de forma tradita obseruanda, & non
27 prętermittenda in l.1.& 2.ff.de libe.& posth. Apparet†ergo,
tales obligationes factas a tutore sine decreto non subsistere
& esse nullas, vt dñt iura superius citata, & tex.in d.l.si pupil-
lorum.§.si obligauerit,& tex.in l.si minor.C. de pdi.min. ubi
datio propriè in solutum sine decreto emanata reddit̃ nulla.
Eo insuper cum talis promissio & obligatio manutenendi mo
las & macinas fuerit,& sit ualde præiudicialis ipsis pupillis,&
28 minoribus,ut patet ad sensum, & oculatim.Et†dicta promis-
sio & obligatio annua soluendi corbes.150.ꝯsideret̃,ut aliena
tio rerũ immobilium,vt est tex.apertus in clem.exiui de para-
diso,in §.cumque annui redditus,de uerb.signif.in cle.& in l.
iubemus nulli.C.de sac.san.eccl.& per Bald.in proœ.in usib.
feu.cũ ꝯcor. ¶Nec dicatur,in supplicatione fuisse petitã licen-
tiã obligãdi bona pupilli. Nã istud fuit petitũ respectu euictio
nis,& rñsionis,& aliorũ substantialiũ, & naturaliũ annexorũ,
& dependentiũ ab ipso ꝯctu dationis in solutũ. Aut s̃.d. duæ
obligationes sunt penitus diuersę,separatæ, & differentes a p-
dictis,et iõ talis petita licentia ad istas mõ aliquo nõ pt refer-

ri: cũ nihil habeant cõe.l.naturalr.§.nihil cõe.ff.de acq.poss.l.
29 Papinianus exuli.ff.de minor. ¶†Minus ẽt obstat illud, qđ dr̃
in d.supplicatione de pstatione obligandi, hypotecandi fruct⁹
& redditus bonorũ ipsorũ pupillorũ, & signanter alterius me
dietatis molendini.Qm̃ talis licentia obligãdi fuit limitatè pe
tita,vt apparet ex verbis dictæ supplicationis,ibi,casu quo &c.
videlicet in euentũ,& casũ,quo d.pupilli seu tutor vellẽt redi
mere, & se affrancare, & d.Annibal vellet reuẽdere seu facere
pactũ de retrouẽdendo ad affictũ frãcandũ,q. casus nunquam
successerunt,ꝯñr ꝯsiderandi non sunt, cũ nõ entis non possint
esse qualitates aliquæ.l.eius qui.ĩ prin.ff.si cer.pet.Preterea in
supplicatione petit̃ licentia alienandi,& dãdi in solutũ medie
tatẽ unius petiæ terrę boschiuæ tornaturarũ.200. vel circa, &
istud solũ,& inquantũ necessariũ esset ꝓ vsu,& necessitate clu
sæ d.molendini,reliquũ verò deberet esse ipsorũ pupillorũ,&
sup hoc interpositũ fuit decretũ.At tutor postmodũ in instrõ
dationis insolutũ d.Annibali assignat medietatẽ d.petiæ terræ
vt de illis possit suo arbi.disponere liberè,de alijs lignaminib.
detractis solũ his,q̃ necessaria essent ꝓ usu,& necessitate clusę
pdicti molẽdini,cuius oppositũ facere dẽbant, si vt tenebant,
sequi volebãt formã d.decreti. Qua nõ seruata talis alienatio
d.petiæ terræ facta apparet sine decreto,& ꝯñr nulliter,iurib.
& decisionib.quib.s̃.¶Ex q.b.aptissimè infert̃ quò ad d.petiam
terræ,quò ad oblĩone manutenendi macinas,& molas, & quò
ab oblĩone soluẽdi annuatim corbes.150.frumenti talẽ datio-
nẽ in solutũ fuisse,& esse nullã,& attento iure cõi,& ꝯsiderata
dispõne statuti:cũ appareat emanata nedũ sine decreto, quinĩ
mo ꝯ formã expressam ipsius,nec in hoc est dubitandũ p iura,
& decisiones pallegatas,& est ẽt bona deci.Bal.ĩ l.fi.col.2.ver.
30 sed quidẽ.C.de iur.do.imp.& aliæ inferius citandæ.Et†quia
circa pdicta tale decretũ apparet insup obtentũ obreptitiè, &
subreptitiè,meritò declarãdũ erit nullũ, nedũ a superiore,sed
ẽt ab ipsomet iudice interponente,vt est tex.aptus,& ibi notãt
Bal.& alij in d.l.quãuis.ff.d reb.eorũ,& in d.l.si pses, & tradit
Bar.ĩ l.qđ iussit,col.fi.ver.si verò iudex.ff.de re iudi.& sequunt̃
ibi Alex.& Ias.n.29.& idẽ Alẽ. allegando alias decisiones in l.
31 iustè possidet.n.13,ff.de acq.pos. ¶†Quinimmo,& datio in so
lutũ medietatis molendini,& aliorũ nominũ debitorũ ipsorũ
pupillorũ adhuc erit nulla: ex eo qm̃ tale decretũ est qđ indi
uiduũ,& iõ pro parte falsũ in totũ reddit̃ falsum, nec põt pro
parte valere & pro parte non : vt est deci.Bal.in l.certi ꝯdõ.§.
qm̃,col.4.ver.nota q si instantia.ff.si cer.pe.vbi asserit Bar. de
hoc ꝯsultũ,ita in terminis rñdisse, allegat iura hoc ꝓbãtia, vt
p eũ,quẽ refert & sequit̃ Deci.in l.cũ amplius,ver.& ista ꝯclu.
32 ff.de reg.iur.& Alex.in l.1.§.pe.n.3.ff.de uer.obl. Et † q sit ẽt
indiuiduũ,& ꝓ parte falsum in totũ reddat̃ falsum, & in totũ
ruat,est in terminis deci.ꝯs.Neap.218. Petita fuit,ver.sed erat
ille,vbi rñdet̃ obiectioni,q̃ posset fieri,de l.scire debemus.ff.đ
33 ver.obl.ubi asserit̃,ita fuisse iudicatũ.Et†ibi ẽt dr̃,q si datio &
adiudicatio insolutũ est facta partim pro cã vera,& partim ꝓ
falsa,in totũ reddit̃ nulla.Ita q fructus inde percepti cõputan
di ueniunt in sortẽ,siue facta sit a parte, siue a iudice;ut plenè
tradunt Bar.& reliqui oẽs in l.si centũ.ff. de ꝯdictio.indeb. &
ibi post alios Ias.n.1. & 2.& Alex.in l.a diuo Pio.§.si pignora,
in fi.ff.de re iud.& in d.l.1.§.pe.nu.3. ubi ẽt Ias.n.8.ff.de uer.
34 obl.& diffusius Alex.in d.l.iustè possidet,n.20.Bñ†verũ,Ale.
ibi nu.21.dicit,q fructus vñr bñ pcepti, qñ esset erratũ in iu-
* re,ex quo præsumit̃ bona fides,tñ allegando*cõm opi.Bart.&
aliorum de quib. ibi p eum, adhuc firmat, q si iste,qui pcepit
fructus,tenet̃ illos restituere,quatenus factus esset locupletior
ẽt si illos bona fide pcepisset. Quanto igit̃ fortius in casu nr̃o
isti fructus pcepti in sortem ueniunt cõputandi & restituendi
cũ dictus D. Annibal fuerit in notoria mala fide, nec allegare
potuisset errorẽ iuris cõis,uel statuti, & fuerint pcepti uirtute
35 decreti nulli, ut est aperta deci.ꝯs.Neap.palle.218.in fi.Et†q
talis datio in solutum in totũ ueniat rescindenda,firmat Dec.
allegando ꝯs.Fulg.& Rom.& alias dec.in d.l.cum amplius.ff.
de reg.iur. Et ꝯfirmant̃ insuper ista: qm̃ decretum interpositũ
ex falsa cã,& allegatione est ipso iure nullum: ut in d.l.quãuis,
& in d.l.si pses,& p Abb.& Fely.in c.1.col.7.uers.Quæro qđ,
de re iudic.& diffusè post Bar.per Alexã.in d.l. iustè possidet,
nu.8.11.14.& alijs seq.& potissimum,cum de falsa allegatio-
ne,& propositione in casu pñti doctum sit,considerata suppli
catione,relatione,& decreto, & ꝯsideratis obligationib. & ꝓ-
missio-

missionib. factis p ipsum tutorē,& ꝯsiderata alteratione & di-
uersitate supplicationis,& decreti,de quib.s̄. iuxta ea q̄ tradit
36 Pau.de Cas.in d.l.iustè possidet,& Alex.ibi nu.26. ¶Et stante
p̄dicta nullitate dationis in solutū,& p̄dictarū oblōnū nō opᵒ
est recurrere ad restōnē ī integrū,vt est tex.apertus in l.nō est.
C.de prędi.min.& ibi gl.& doc.allegantes ꝯcor. & in l.si q.dē,
eo.ti.& in l.si curatorē,vbi Pau.de Cas.& alij.C. de in integr.
resti.min.cum si.solū.n.iudicandū erit sup d.nullitate,& fru-
ctuū pceptorū cōputatione in fauorē d.minorū , & ꝯsiderato
iure cōi, & ēt ꝯsiderata dispōne statuti p iura rōnes & deci.de
quib.s̄.¶Rursus ēt circa oblōnē soluēdi singulis annis corbes
150.frumenti ꝯsiderandū est: q̄m talis promissio facta p tuto
rē relationē hēt ad frumentū,qđ solitū erat pcipi ex d.molen-
dino,& medietate ipsius,ut probant uerba dictæ promissionis
37 ibi,& si ultra pcipiet,& ibi receperit. Et†taxatiuè facta fuit eo
casu,quo molendinum poterat exerceri & macinare. Et per
ꝯn̄s exceptuatus vr̄ fuisse casus , q̄n molendinum non potuis-
set exerceri , nec macinare casu fortuito,& sine culpa pupillo-
rū: vt ꝯtingit in illo triennio, quo molendinū p̄dictū penitus
fuit destructū p exercitū summi Pont. & Hispanorū,arg.eorū
q̄ hn̄r in l.cū certus.ff.de triti.vi.& ol.leg.& in ꝯs.Pau.d̄ Cast.
51.qđ refert & sequit̄ Fely.allegans alias deci. in c.super lr̄is.
in prin.in 4.limit.& diffusius in c.ad audiētiā,el 2.col.6.ver.
6.ꝯclō.n.16.de rescr.& diffusè p D.Io.Bap.de S.Seue.in tract.
38 de pēsio.in 16.q.prin.Vbi†allegando iura & deci.concludūt,
ꝙ si promissa est solutio pensionis sup fructibus , non debetur
fructib.non natis,uel p casum fortuitū non pceptis.Minus er-
go debebat̄ ab ipsis pupillis,pro quorū parte ꝑmissa per tuto-
rem fuerunt adimpleta , & dicta ꝑmissio relationē habuit ad
casum,quo frumentū poterat pcipi,qui erat, si molendinū po
terat exerceri,& macinare. Propter q̄ cessant penitus, q̄ ex ad-
uerso possent allegari deducta p Dec.cons.312.licet hactenus
39 nu.4. & 5. ¶†Confirmat̄ istud: q̄a uiolentia facta p exercitū,
cui resisti nō p̄t, dr̄ casus fortuitus.l.q̄ fortuitis, & ibi Bal.col.
1.uer.exēplū.C.de pign.act.in l.si merces.§.uis maior.ff.loc.&
40 p Alex.cōs.220.in 2.uol.& est deci.ꝯs.Neap.† Quidā Cassiᵉ,
& in l.1.C.commod.& in §.itē is cui, insti. quib.mod. re ꝯh.
obl.& in l.itē q̄rit̄.§.exercitu.& in l.ex conducto.§.idemq; di-
cendū.ff.loc.cum si.Quo fit,ut tale periculū & damnū,& talis
casus notus,& denūciatus.d.Annibali liberauerit ipsos pupil-
los a solutione p̄dicti frumenti,sicuti talis casus liberat obliga
tū & promittentē,uel restituere rē,uel soluere mercedē,seu pē
sionē: ut expresse tradit̄ in dictis iurib. & decisi.& ēt in l.1.C.
loca.& in l.damnū,& in l.excepto,& in l.in iudicio,eo.ti.& in
l.si quis,in prin.& in §.imperator.ff.loc.& in l.dn̄s horreorū,
cū alijs ꝯcor.adductis in deci.ꝯs.Neap.248.Postquā,& decisi.
365.Per instr̄m,col.2.& per Dec.d.cons.312.nu.1.& ꝯs.308.
41 In casu,nu.4.¶†Suadet̄ ēt:q̄m talis datio in solutum facta D.
Annibali similis fuit vēditioni.l.eleganter, in prin. & ibi Pau.
de Cast.ff.de pig.act.cum alijs allegatis per Deci.cons.18.viso
puncto,nu.3.& per talem dationē in solutum, q̄n fuisset vali-
da,nulli est dubium,ꝙ Do.Annibali fuisset quæsitum dn̄ium,
42 sicuti quærit̄ emptori,s̄m iura cōia & uulga.Et†illud certissi-
mū est, dānū proueniens per casum fortuitū ptinere ad dn̄m
ipsius rei & non ad alium,vt̄ toto tit.ff.& C. de peri.& cōmo.
rei uend.& in d.l.quæ fortuitis,cū alijs allegatis per Dec.ꝯs.7.
& pro tenui,co.2.ex quib.infert̄,talē ꝑmissionē casu,quo fuis
set ualida, pp casum fortuitum superuenientē nō potuisse hr̄e
effectum ꝯ d.pupillos. Quanto igit̄ fortius: cum fuerit ipso iu
re nulla,ut s̄.ostensum est,nullius debebit esse efficaciæ,roboris,
& considerationis. ¶Nec d.fundō casus fortuiti hēt obstare as
serta sn̄ia lata ꝯ pupillos in fauorē d.Annibalis. Nā aduertēdū
est: q̄m d.sn̄ia nullo modo tangit articulum nullitatis,de quo
superius discussum fuit,& cum sit strictè intelligenda, vt dedu
ximus,solùm referenda est ad casum,de quo in ea,ꝯn̄r ita con
siderata nihil obstabit superius deductis nullitatē concernen-
tib.Preterea ex uerbis assertæ sn̄ię apparet facta æstimatio,qua
frumentum deberet solui. ¶Tamen adhuc ex plurib.illam nō
obstare dicitur dictis pupillis & minoribus. Primò:quia stan-
tib.superius deductis,quę verè & in iure,& in facto subsistunt
talis asserta sn̄ia ex lectura actorum & processus apparet noto
riè iniusta,euidenter iniqua,& pessimè promulgata, & conse-
43 quenter nulla. Cum † manifesta & notoria iniustitia æquipa-
ret̄ nullitati,& ipsam sn̄iam nullam reddat,ut p illum tex.tra-
dit Abb.in c.inter cæteras,de re iudi.& ibi Fely.col.pe.nu.21.
allegat concor.ut etiam facit Deci.in c.quoniam ꝯ,n.44. post
44 Abb.ibi,de prob.& idem Dec.cons.7.uiso,nu.5.†Secundò as
serta sn̄ia fuit & est ipso iure nulla, ex quo apparet promulga-
ta ab eo,qui functus erat officio suo,ut plenissimè per illū tex.
tradūt omnes in l.iudex postquam.ff. de re iud. Ad qđ ēt:q̄m
reseruationes factæ per dictum iudicem minimè fuerunt exe-
quutæ, & obseruatæ, nec de p̄dictorum obseruatione aliquid
apparet, & ꝯ formam reseruatorum ipse postmodū iudicauit,
45 & nulliter.Prout†ēt asserta sn̄ia nulla est: q̄m promulgata fu-
dit̄ post finitā instantiam , ad plenissimè per illum tex. tradita
p oēs in l.properandū.in prin.C. de iudi.et per illum tex. per
46 oēs Can.per locum a spāli in c.venerabilis,extra eo.ti. ¶†Nec
dicatur, instantiā non fuisse decursam pp interpositam appel-
lationē ab interlocutoria p d.Annibalē,qua pendente vr̄ cessa
re cursus instantiæ. Nā friuola fuit appellatio,vt ex actu sequē
ti postmodū apparuit: q̄m dictæ appellationi fuit renunciatū.
47 Et†quia sumus in prima instantia*cōis ꝯclō habet, ꝙ illa cur
* rat ēt pendente appelōne ab interlocutoria , ita allegādo alias
deci.firmat Maria.Soc.in rep.d.c.venerabilis,in 23.art.princ.
uer.circa primū, et apertius uers.et ideo aliàs dicebā,ubi asse-
48 rit in facti contingentia,ita rn̄disse.¶†Nec pōt dici, instantiā
non cucurrisse pp prorogationem factam per d.Annibalē, &
tutorem ipsorum pupillorum.Q̄m talis prorogatio de iure ni
hil ualuit,nec potuit fieri ēt cū interpositione iurī, ex quo in-
stantia inducta fuit fauore publico, nec pōt alterari pacto pri-
uatorū tacito siue expresso,ēt iurato,ēt si diceret̄,instantiā du-
rare,& promitteret̄,peremptionem illius non allegari,ut alle-
gando alios concludit Maria.Soc.in d.c.uenerabilis, in 6.art.
prin.uer.1.casu,& uers.5.fallit.Et ꝙ non possit prorogari etiā
cum dicta promissione, per illum tex. firmant oēs in d.l.pro-
perandum,in prin.ut post alios tangit Ias.col.5.nu.19.& per
49 Alex.cons.82.uiso processu,uol.3. Etiam†si iur̄m esset appo-
50 situm,ut dicit ibi Ias.nu.21. Et†procedunt ista, ēt si instantia
esset statutaria,ut dicit Alex.cons.24.inspecto processu,col.fi.
uol.4. & pro & ꝯ multa adducit ad hoc Maria.Soc.in d.c.ue-
nerabilis,in 16.art.in secundo casu princ. & Ias.in d.l.prope-
randū,in prin.nu.23.in 5.limita. ubi in fine vr̄ in hanc sn̄iam
inclinare,licet Salyc.ibi oppositū uideatur innuere.Prout etiā
asserta sn̄ia nulla est : q̄m in d. iudicio pro parte d. Annibalis
interuenit quidam assertus procurator,qui in veritate nullum
51 habebat mādatum, ꝯn̄r erat falsus. Et†tale iudicium p ipsum
agitatum , & ꝯn̄r sn̄ia inde sequuta fuerunt , & sunt ipso iure
nulla.l.non eo minus.C.de proc.& ibi D.An.Alex. et Ias.n.5.
& idem Ias.in l.exigendi, eo.tit.& est tex. & ibi oēs tradūt in
l.licet eo.tit.ubi uolunt,ꝙ qui se facit procuratorem,& de mā
dato suo non docet,falsus dr̄,& oīa per ipsum agitata, & gesta
52 sunt nulla.De † qua nullitate ēt post assertam sn̄iam pōt dici,
et quandocunq;,ut diffusè per oēs ibidem maxi. per Alexā.&
53 Ias.nu.4.& 8. Et†licet gesta per talem falsum procuratorē rā-
tificari ab eo, cuius nomine sunt gesta: ut post gl.tra-
possint ratificari ab eo, cuius nomine sunt gesta: ut post gl.tra-
dunt ibi scrib.T n̄ q̄n talis ratificatio tendit ad commodum ra-
tificantis,& iudicium fuit agitatum ꝯ absentem, talis ratifica-
tio nihil operatur,nec ualet in præiudicium absentium, ut fir
mat Ias.allegando plures decisio. in d.l.licet, col.pen.uersi.7.
limita,ut propriè contingit in casu p̄nti,in quo pro illis pupil
lis comparuit Iacobus de Carlinis eorum assertus curator, de
54 cuius cura minimè aliquid apparet, & sic erat falsus. Et†p eū
gesta non potuerunt præiudicare ipsis pupillis & minoribus.
l.neq; l.non eo minus.C. de procu.& est tex. in d.l.licet, & in
l.si tutor.C.ex quib.cau.in integ.rest.non est neces.& in l.fin.
55 in prin.C.si aduer.rem iud.cum si.Prout†ēt asserta sn̄ia nihil
obstabit,cum aduersus eam,si qua esset,apparet petita restitu-
56 tio in integrum, † q̄ denegari non pōt: cum apertissimè ꝯstet
de grauissima læsione d.minorum: ut est tex.in l.minorib.C.si
57 tut.uel.cur.& hr̄ per totum tit.C.si aduer.rem iud. Quæ†,p-
cedit, ēt si minores fuissent iustè defensi p tutores seu curato-
58 res,ut in d.l.minorib.& in l.fi.uer.1.C.si aduer.rē iud.¶†Nec
istis hēt obstare,si diceretur, talem sn̄iam fuisse approbatā, &
ratificatam per assertum curatorem , & per d.Franc. tutorem
ipsorum minorū , quæ approbatio & ratificatio saltim opabit̄
ut ualeat in uim pacti,& in uim noui ꝯsensus,& ꝯuētionis, ut
hr̄ p illū tex.& ibi tradunt doc.ī l.2.C.cōia utr.iud.& ut̄ sentī
re Maria.Soc.in d.c.uenerabilis,in 16.art.prin.in 5.limi.in fi.
Nam

59 Nam obiectio ista tollit̃ ex plurib.& nihil operat̃. † Primò ex eo:qm̃ d.l.2.loquit̃, qñ ratificatio,& approbatio fit à persona habili : nã procedit data habilitate aliorũ extremorũ, vt in l.si quærimus.ff.de test.& dictant infinita iura cõia & vulg. At in casu nostro assertus curator erat falsus : vt deductũ ẽ,& d.Frá. tutor in p̃iudiciũ , & notorium dãnũ ipsorũ minorũ nõ poterat approbare & ratificare d.sñiam nullã , & si hoc fecit, malè & nulliter operatus est.Tũ quia solus & de p se,& sine decreto & licentia iudicis istud gessit, & ɔñr nulliter ꝯ notoriã defensionẽ ipsorũ pupillorũ non interuenientib. alijs solennitatib. ad hoc requisitis , & quia hoc totũ tendebat ad obligandũ de nouo ipsos minores.Tum attenta dispõne iuris cõis,tũ ẽt considerata dispõne statutaria,vt superius de vtroq; deductũ fuit.
60 Prout † ẽt,& secundò tollit̃ obiectio ex not.p Bal.& Pau.đ Ca. in d.l. 2. volentes , ꝙ illa ratificatio & approbatio sñiæ nullæ nõ operet̃:vt illa sñia ualeat ut sñia,ex quo pacto priuatorum non p̃t istud induci.l.priuatorũ.C.de iuris.om.iud.Nec priuati possunt ualidare nullitates, & defectus sñiæ inductos iure publico:vt dicit Pau. ibi ꝯ Maria.Soci. ubi s̃.ɔcludentes , talẽ approbationẽ & ratificationẽ sñiæ nullæ factã ab hñtib.ptãtẽ solùm inducere effectũ:vt valeat in vim pacti,& nouæ ɔuẽtionis,& ɔsensus,& non aliter.Quo stante nullo mõ põt peti exequutio d.nullæ sñiæ,vt mõ petit̃ per hr̃des d.D.Annibalis, & iõ peti dẽbat exequutio d.pacti & nouæ ɔuẽtionis. Quæ si ita peteret̃,ipsis minorib.nihil nocet:cũ d.noua ɔuentio & pactũ fuerit & sit nullũ: vt est deductũ, & si qđ esset, aduersus illud petita sit restõ in integr.quæ deneganda minimè est,cũ de notoria,& apertissima læsione ipsorũ minorũ ɔstet.Et in hoc aduertat̃: quia non sumus in iudicio exequutiuo sñiæ , ɔñr pars aduersa in hoc nullatenus audienda est, quinimo ad expensas condemnanda, & postmodũ erit iudicandum super nullitate dictę dationis in solutũ mõ & forma quib. superius fuit ɔclusum.¶Minus ẽt superius ɔclusis obstat, si dicat̃, ipsos de Bologninis sibi ipsis p̃iudicasse pp liberationẽ quã fecerunt d. Frá. ipsorũ q.tutori,seu hr̃dib.ipsius,ita ut amplius non possint dicere de nullitate dationis in solutũ & sñię,nec ẽt possint petere restõnẽ in integr.nã tollit̃ obiectio:cũ asserta liberatio non appareat formiter facta, nec seruata forma statuti sub rubr.de tutelis,ver.nec possit,& ɔñr fuerit,&sit nulla ẽt respectu hr̃dũ
61 d.q.tutoris liberatorũ. A† fortiori igitur alius tertius & extraneus non poterit se iuuare ex ea: vt p̃tendit facere hr̃s d. Anni-
62 balis.Prout † ẽt qm̃ fuit personalis,& facta uni non prodest al-
50 Funditus † igitur geſta per iſtos dominos occupatores fuere
nulla & inualida.l.decernimus.vbi ſcrib.C.de ſac.ſan.eccle.&
per Bar.in trac.de Tyran.in 7.q.Barba.conſ.55.volu.4.Socin.
conſ.22.in princ.uol.1.& in deciſi.conſ.Neapo.77. & faciunt
contra occupatores nota.per Card. poſt Ioan.And.in c.2. ex-
tra de feud.vbi alij ſcriben.ſequuntur, quos referunt Moder.
Pap.in tract.de feu.in 2.par.q.19.fol.mihi.16.colu.2.& etiam
illa quæ tradit Alexã.conſ.3.ex his.columm.2.volumi.quinto
citatus per dictos Moder.in d.tract.in 2. parte.fol.17.in 3.q.
51 Nec † obſtabit, quòd ſe geſſerunt pro dominis &c.ad not.in
l.Barbarius.ff.de offi.præto. cum concordan. quoniam in illis
erat defectus electionis tollens illam communem reputatio-
nem & illi præualens ſecundùm Innocẽ.in c.nihil,de electio.
cum alijs adductis per Iaſ.in d.l.Barbarius.colum.antepenul.
52 in prima limita. Minus†etiam obſtabit, ſi allegaretur præſcri-
ptio

ptio facta per ipsos Venetos. Fuit.n.vitiosa & in mala fide,ad
not.in c.fi.extra de præscr.& in c.possessor.de reg.iur. cum si.
53 Et † ēt subuertitur ex dictis per Bart.in l.si publicanus.§.si de
vectigalibus.ff.de publica. & ex alijs adductis per Alex.ↄs.16.
in cā & lite,& ↄs.24.Ponderatis his.uol.5.& dicam ēt inferi⁹.
Postremò non obstabit,qđ dicebat,istos emptores per hāc de-
nunciationem posse ↄsequi interesse duplæ & expensas : nam
istud minimè verum est : cum Veneti offerentes precium,qđ
54 acceperunt a reliquis,veniant liberandi. Spāle†.n. est in fisco
& Cam.fiscali: vt si res uendita per eum euincat, ad aliud non
teneat, q̃ ad restōnem precij, qđ accepit.l. si procurator, ubi
gl.Bar.& alij not.maxi. Alex.in addi.ad Bar.in uers.simplum.
ff.de iure fis.& est glo. magna in fi.in l.si dictum,in prin.ff. de
euict.firmat Bal.in l.1.col.1.vers.Sed scias.C.de here. vel act.
vendi. quem refert & sequit Mart. Lauden. in tracta.de fisco.
c.111.fiscus non tenetur.Sequit ēt Fran.Luca.de Par.in tract.
de priuil.fis.col.mihi.10. priuil.53. Precium aūt solutum (ut
mihi iam relatum est) ipsis emptorib. oblatum fuit,quo fit,ut
asserta petita denunciatio & intimatio funditus & ex oī capite
reddatur frustratoria & inanis. Adducūt ēt dicti vicariatus &
aduersarij ↄ Reuer.d.eum non debere audiri : qm̄ orto bello
inter Imperatorem Maximilianum & Venetos,ipsi Veneti fue
re expulsi ex d.castris , & ex illa ualle lagharina & sopito bello
antequam d.loca ad manus Reuer.D.peruenirent,remanserūt
in potestate Cæsaris,à quo siue Serenis.rege Ro. eius successo-
re d.aduersarij priuilegium obtinuerunt ↄfirmatiuum d. bo-
norum & decimarum iam acquisitarum ab ipsis Venetis.Nec
55 †dubitandum erit, ipsum supremum principem potuisse ↄce-
dere d.priui. & inuestituram d.bonorum c.1. de nat.feu.c.1.
in prin. quis dica.com.dux vel Marchio. cum alijs citatis per
Mod.Pap.in d.tra.de feudo.in 2.par.in 2.q.prin.fo.mihi.16.
56 col.4.vers.2.principaliter uidendum est.Potuit†ēt iste supre-
mus princeps ↄcedendo priuilegium auferre ius tertij , & sic
ius ecclesiæ Trid.ēt sine cā, & qui ↄrium dn̄t,mentiuntur ſm
Ang.in l.item si uerberatum.§.1.ff. de rei vendi.& in l.3.§. si
is.ff.qđ quisq; iur.& in l.2.C. de quadr.pręscr.cum alijs tradi
tis per Barb.& alios scrib.in c.quæ in ecclesiarum, col.pen.de
ↄstit.& cons.64.col.pe.uol.4.& Dec.ↄs.198.& pro tenui.col.
57 2.& cons.269.ↄsultus.col.3.nu.7.Eo†ēt qm̄ ipse Reueren.D.
d.priuilegio se subscripsit, & illud subscribendo confirmauit,
quæ subscriptio idem operatur , quod propria , & principalis
scriptura,ſm Bar.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.& in l.ita sti
pulatus.§.Grisogonus.ff.de ver.obl.ubi Moder.post antiq.alia
adducunt, & ut per illum tex.post Inno. & Ab.tradunt Fel.in
c.quoniam ↄ,de proba.nu.75.& Mod.nu.61. cum concordā.
58 ¶†Obiectus isti nullius sunt momenti, nec in aliquo præiudi
cant ecclesię Tridenti.Tum quia ipsa erat uera domina ipsorū
bonorum & iurium ante bellum prædictū, & Veneti de facto
occupabant d.bona & iura , & illis expulsis per Imperatorem
Maximil.bona & iura prædicta non fuerunt acquisita Cæsari,
Iure nanque postliminij cęperunt esse ipsius ecclesiæ Triden.
prioris, & uerè dominę , ad cuius dominium dicto iure fuere
reuersa,tex.est apertus,& ibi nota.doc.in l.si captiuus.§.expul
sis hostib.ff.de capt.& postlim.reuer.& firmat Bar.in l.si quid
in bello,eod.tit.& faciunt,quæ hn̄r in l.2.& duabus seq.eo.ti.
59 & firmant doc.in l.1.in prin.in notab.ff.de acq.pos.†Priuile-
gium igitur Cęsaris seu Regis Serenis.concessum parte non ci
tata & sine aliqua causæ cognitione non abstulit dominiū di-
ctorum bonorum ecclesiæ Triden.cum id in priuilegio mini-
mè legatur,& concessum interpretet strictè & sine præiudicio
tertij.l.2.§.meritò,& §.si quis a pricipe.ff.ne quid in lo.publi.
l.nec auus.C.de emancipa.liber.c.quāuis,de rescr.lib.6.& per
doc.in l.auus.ff.de pac.& in l.Gallus.§. & quid si tm̄, ubi post
gl.Bar.& alij plenè attingunt,citantes alias ↄcor.ff.de lib.& po
60 sthu. Nec†intentionis ipsius supremi principis fuit conceden
do tale priuilegium uoluisse præiudicare ecclesiæ Tridenti.&
tollere ius tertij, de cuius intentionis defectu dici pōt , etiam
si fuisset ↄcessum motu ꝓprio, ut tradit in clemē.si Romanus
Pontifex,de præben.& per doc.post Io.And. in c.si motu pro-
61 prio,eo.ti.lib.6.Et†in tali asserto priuilegio deest uoluntas cō
siderabilis in unoquoque actu c.cum super,de off.dele.l.cum
te.C.de dona.ante nup.cum alijs relatis per Dec.d.cons.198.
62 col.5.uers.prædictis tn̄ non obstan.Nec†in dubio pręsumen-
dum est,d.supremum principem voluisse in hoc vti plenitudi
ne ptātis: cum hoc minimè appareat expressum, ſm Inn. in c.
innotuit,de electio. & Bal.in l.bonorum.C. qui admit.& in l.
testm̄.C.de testa.& est tex. in l.quanquam,& in l.si cum in vte
ro.C.de testa.mil. ubi Bal.& in l.2.C. de commu.re.alie.cū si.
63 Potissimum, † cum isti supremi principes sint & debeant esse
defensores ecclesiarum,illasque eleuare & augere, & ius ipsa-
rum non diminuere c.principes. 23.q.5.l.cum sit.C.ut nem.
lic.sig.&c.& in auth.qūo opor.episco.in prin.ibi,nos igitur c.
1.de pace tenen.& c.uenerabilis,de electio.& per Afflic.p illū
64 tex.in constitu.reg.quāto,in prin.de decim.Et†si ecclesia ipsa
Tridē.haberet priuilegium & concessionem d.feudorum , &
iurium , proculdubio ista secunda concessio facta aduersarijs
nihil ualeret : qm̄ in ista secunda non pōt uenire feudum per
prius alteri concessum c.1. de c. qui curiam uendi.l. qui cum
alio.ff.de regul.iur.& per Bal.in l.1.in fi.ff.de rer. diuisi.& alia
ad id adducit Afflictus in pręlud.consti. regni q.25. vers.inde
dicit Bal.fo.mihi 13.col.4. & quia attendi deberet prima cō-
cessio,& non secunda: ut plenissimè aliàs consulendo deduxi.
Et si priuilegium ecclesiæ nō oñderet,adhuc idem esset: cum
ecclesia ipsa Triden.d.feudi iura tanto tpe possederit,in cuius
ↄrium non extat memoria. Quæ præscriptio uim priuilegij le
gitimè constituti & ↄcessionis obtinet , ut iam.s̃. deduximus.
65 Necessariò † igit tale priuilegium ↄcessum aduersarijs intelli-
gendum uenit fore ↄcessum cū illa cl'a, saluo iure tertij & alte
rius, & ut cesset dānū alterius d.§.meritò,& d.§.si quis a prin
cipe.c.sup eo,de of.dele.& est optimus tex.in l.ex facto.ī prin.
66 ff.de vulg.& pup.Et,†qđ fortius est,si in isto asserto priuilegio
esset cl'a,non obstāte ↄcessione alteri facta, tn̄ illa intelligenda
venit de inualida,secundùm Composte.Ioā.And.& alios in c.
cām quæ.de rescri.& tradit Affli.dicta q.25.col.2.s̃. citat⁹. Et
67 †si talis cl'a non fuisset expressa in priuilegio, tn̄ subintelligit:
vt ius tertij semper sit saluum,ſm Bar.in l.dotalem.ff.de testa.
mili.& Bal.in l.1.ff.de consti.prin. cum alijs adductis p Albe.
68 Bru.ↄs.13.Duo sunt,in prin. Prout†ēt: nam isti aduersarij ex-
hibent assertum priuilegium confirmatiuum eorum , quæ cū
ipsis gesta fuere per Venetos occupatores d.locorum & iuriū,
& verum erit,talem ↄfirmationem concessam per superiorem
dictis occupatoribus seu habentibus cām ab eis minimè vale-
re & tenere: vt per illum tex.dicit Ang. & alij sequūtur in l.2.
C.de fun.& sal.rei do.li.11.& per Alex.ↄs.3.ex his,col.2.uol.
5.& plura cumulant ad idem Mod. in trac.de feud.in 2. part.
69 prin.ī 3.q.prin.fol.mihi.17.col.2.Tum†ēt obiectus prædicti
subuertuntur , nam supremus princeps sine cā non pōt alicui
* auferre dn̄ium,quod est iurisgen. vt cōiter*cōcludunt Bar.&
alij in l.fi.C.si ↄ ius uel utilita.publi.per Abb.& omnes Cano.
in c.quę in ecclesiarum,de consti.ubi Mod.nu.29. & 31.post
Fel.ibi.nu.36.& 37.& Areti.in l.1.in prin.col.3.ff.de acquir.
poss.Alex.& alios in l.cū hæredes,in princ.eo.tit.& d.consi.3.
uol.5.& Dec.consi.357.In casu,col.3.nu.5.Archy.& Gemi.in
70 c.ius ciuile.1.distinct.Et † licet Dec.in d.c.quæ in ecclesiarū,
nu.36.uers.Quintus casus,& d.ↄs.196.col.fi. & cōsi.279.col.
3.allegando aliquas decisi.dicat, principem sine cā posse ex su
prema ptāte alicui auferre dominium illi q̃situm per modos
* introductos iure ciuili: tn̄ magis cōis * conclusio est ↄ ipsum,
firmat idem Fely.in d.c.q̄ in ecclesiarum,nu.68.& alijs seq.&
tenet Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure, quē ibi alij sequun
tur,& Bal.in l.1.in fi.C.de iure anulo.aure.Ale.ī d.l.cū hr̄des,
in prin.Aret.in l.3.col.fi.ff.de testa.Pau.de Cast.in d.l.Gallus.
§.& quid si tm̄,col.pen.uers.& p̄dicta,& uers.si uerò,& uersi.si
aūt facta,& Ale.ibi col.pen.nu.26.Areti.& Soci.col.pen.uers.
circa tertium,nu.24.& Ias.nu.125. & alijs seq.& Galliau.col.
fi.in fin.nu.90.& seq.Io.Crot.num.66.& seq.repenten. Hisp.
fol.pen.& fi.post gl.& Bar.in d.l.fi.C.si ↄ ius uel utilita.publi-
cam,ubi Ias.nu.3.uers.6.limita, expresse istud tenet, post Bal.
71 in l.Deo nobis.in fi.C.de episc.& cler. ¶†Nec erit uerum di-
ctū Ange.s̃.in ↄriū adductū,cū cōis opi.se habeat in oppositū
uolens,supremū principē sine cā non posse tollere dn̄ium alte
rius,& illud ↄcedere alijs,nec derogare iurigent.etsi hoc face-
re uellet ex plenitudine ptātis,ſm Ang. cū cā,tn̄ adhuc neces-
sariū esset,q; solueret precium illi,qui dn̄s esset,& a quo domi
nium transferretur,ſm Archy.in c.per principalem.9.q.3.&
per.Bal.in l.serui.in fi.C.pro quibus cau.Fel. in d.c.quæ in ec-
clesiarum,nu.41.& 42.& Dec.nu.26.uers.& ista conclusio,&
nu.29.vers.& certè,& nu.31.circa finem,uers.sed opinio An-

72 ge.& apertius d.conſ.357.n.7.uerſ.poſtremò ẽt. Nec†in ipſo
principe in dubio præſumenda eſt cã iuſta: cum illa concernat
fauorem publicum d.l.itẽ ſi verberatum.l.uenditor.§.ſi ↄſtat.
ff.cõia prædio.& per Bar.in proœ.fforum,col.3.Fely.in d.c,q̃
in eccleſiarum,nu.39.& poſt Abb.& alios per Dec.ibi.nu.38.
73 Et†ceſſantẽ iuſta cã fauoris publici princeps non potuit tolle
re ius eccleſię Tridẽ.maxi. cum hic non agatur de minimo &
modico p̃iudicio, ſed de maximo : ut pleniſſimè poſt Abbatẽ
& antiq.proſequunt̃ Fely.in d.c.quę in eccleſiarum, nu.67.&
74 Dec.nu.35. & per eoſdem in c.ſuper eo, de off.deleg. ¶†Nec
obſtabit aſſerta ſubſcriptio Reuer.D.Tridẽ.facta(ut dr̃)aſſerto
priuilegio:nã illa forſan facta legitur rõne alicuius officij,quo
fungebat̃ apud regiã Maieſta. quo caſu ſubſcribenti in nullo
noceret:ut tradit̃ per ſcrib.in c.ſi quis presbyterorum,de reb.
eccleſię non alie.per tex.in c.inter dilectos, uerſ.porrò,de fide
75 inſtr.& per Fely.in d.c.qm̃ ↄ̃,nu.73.in 3.limita.Prout†ẽt ceſ-
ſat:qm̃ talis actus eiuſdem qualitatis erat, ut fieri potuiſſet, ẽt
ſubſcribente prohibente. Non.n.poterat Reueren.Do.Cæſarẽ
ſeu Sereniſ. regem prohibere, ne priuilegiũ concederet. Quo
caſu ſubſcribẽdo ſibi non p̃iudicauit, ẽm gl.& Bar.in l.Caius.
ff.de pig.act.Abb.& Imo.in c.ex lr̃is,de tranſa.& per Fel.addu
76 centẽ alia in d.c.qm̃ ↄ̃,n.76.Ad†qđ inſuper:nam talis ſubſcri
ptio non plus dẽt operari,q̃ propria ſcriptura,& priuilegium,
vt diximus.s̃.Priuilegiũ aũt non põt p̃iudicare eccleſiæ,vt ple
niſſimè iam oñdimus,a fortiori igit̃ minus eccleſiæ Tridẽ.po-
tuit p̃iudicare ipſa ſubſcriptio,maxi.cum tale priuilegium nõ
contineat p̃iudicium & damnũ eccleſiæ, nec ad id conceſſum
fuerit, minus igit̃ iſta continebit ipſa ſubſcriptio. Et quia ſub-
ſcribendo ſciebat iam Reuer.Do.ius eccleſiæ remanere ſaluũ,
& illæſum : cum illa ſubſcriptio non ↄtineat ↄceſſionẽ rerum
feudalium,& iuriũ eccleſiæ Trid.nec facta appareat ſub ea for
ma,qua Reuer.D.ſolitus eſt ſimiles cõceſſiones & inueſtituras
facere,quib.cõſideratis in nullo habebit p̃iudicare,maxi.ſi ap-
pareret facta alieno noĩe,ẽm Imo.& Calde.in d.c.ſi quis p̃sby
terorũ,& per Roma.in l.q̃ dotis.ff.ſol.mat. per l.fi.ff.de inſtit.
77 & l.Titius.ff.de reſcin.uendi.¶†Tertiũ obiectũ p aduerſantes
datũ ↄ̃ Reuer.D.In quo principale vñr facere fundm̃, eſt præ-
ſcriptio,quamuis.n.tex.in c.1.circa finẽ,de prohi.feu.alie.per
Fede.& in c.1.§.præterea.de cap.Corrad.dicãt,feuda nõ poſſe
78 præſcribi,nullamq; tpis præſcriptionẽ in illis currere.† Tñ iu
ra prædicta non uendicant ſibi locum in præſcriptione lõgiſſi
mi.xxx.ſeu xl.ann.ut eſt tex.apertus in c.ſi quis per xxx.in ti.ſi
de feu.conten.ſit int.do. & agna.ut proſequitur Pau.de Caſtr.
conſ.152.cũ alijs ſtatim citandis,& no.in c.fi.de feu.da.in vi.
leg.cõmiſ.& Frã.de Cur.ↄſ.82.Capio primũ,col.1.& 2.& doc.
oẽs in d.§.præterea,& hr̃ in deci.conſ.Neap.254.ſæpe fuit iſte
79 caſus.Et†feudũ eccleſię ſpacio ann.xl.præſcribi põt,qñ ↄ̃ eam
præſcribit̃ tanquam uaſallam, & utilem dominã rei feudalis
ẽm And.de Iſer.& alios in d.§. ſi quis per 30. per tex.in ca.de
quarta de præſcr.& alia adducit Alex.conſ.169.uiſo themate,
col.1.vol.2.& Fel.poſt Ab.in c.ad audientiã.nu.16.de p̃ſc.vbi
citat cõſ.Soci.266.In cã,col.16.uol.2.& plura adducũt Mod.
80 in trac.præſcr.fo.mihi.33.col.3.nu.43.& alijs ſequ.†Pręſcri-
ptio.n.iſta longiſſima.xl.ann. oẽm excludit actionẽ c.ad aures
c.uigilanti,de præſcriptio.c.fi.ubi oẽs eo.ti.l.oẽs, & l.ſicut.C.
81 de præſcri.xxx.ann.Tribuit†.n.pręſcribenti oẽm ſecuritatẽ,&
de iure recepta eſt aduerſus oẽs eccleſias excepta Romana , &
alijs priuilegiatis.c.de quarta c.illud.c. ad aures.c.ſi diligenti,
& c.fi.de præſcr.auth. quas actiones.C.de ſacroſ.eccleſi. cum
82 ſi.Et † prodeſt ẽt laicis præſcribentibus res eccleſiarum p iura
ſuperius allegata,& per gl.fi.in c.fi.de præſcr.li.6.& in c.facul
tates,in uerſ.30.13.q.2.& tradit Pau.de Caſ.conſ.93.uiſo pũ
cto,in prĩ.& col.2.& Cor.cõſ.304.Rẽ arduã,col.3.& 4.vol.3.
83 Et†negligentia prælati iſto caſu nociua erit eccleſiæ,ut in ſim.
dicit gl.in l.præſes.C.de tranſa. & in l.aduerſus.C. de uſur.&
no.doc.in c.delictum,de reg.iu.li.6.Soci.conſ.66. uiſa dona-
tione,col.10.nu.39. uol.3. per tex.in d.c. de quarta,& d.c. ad
aures,cum alijs concor.Et eo fortius aduerſantes vñr eſſe tuti:
qm̃ nõ ſolùm poſſederũt ſpacio ann.xl. uerùm & ann.100.&
84 tanto tpe,in cuius ↄ̃rium non extat memoria.Quæ † præſcri-
ptio hẽt uim titu.priuilegij, conſtituti & legis: vt deduximus
ſuperius, & per quã vñr eſſe ſecuri ẽt in iure percipiendi deci-
mas c.1.de præſcri.li.6.& per gl.in c.ad decimas,de reſti.ſpo.
Et laicis uideatur eſſe ꝓhibita præſcriptio decimarũ c.cãm q̃
de præſcri.tñ illud vr̃ intelligendũ de alia p̃ſcriptione,nõ aũt
de iſta,vt plenè proſequit̃ Felyn.in c.accedentes,col.4.& 5.de
præſcr.& ẽt Mod.in trac.de feu.in 2.par.in 3.q.fol.11.col.3.
& per illum tex.tradit Ang.poſt gl.in auth. ut decæt.commu.
eccle.& in l.non ſolùm,in prin.ff.de uſuca.& Fely.in rubr.de
p̃ſcr.col.fi.& Deci.conſ.271.In caſu,nu.3.cum ſi.diſponenti-
bus,diſpõnem tollentem p̃ſcriptionem non vendicare ſibi lo-
85 cum in iſta tanti tpis,in cuius ↄ̃rium &c.Et†quia hñt titulum
emptionis habitæ a Venetis & priuilegiũ Cęſaris,ſeu Regis Se
reniſ.confirmatiuum,pp quæ fuiſſe vñr in bona fide & habuiſ
ſe oĩa de iure requiſita ad p̃ſcriptionem complendam, ẽm gl.
in ſum.16.q.3.& p Bar.in l.vnica.C.de vſuc.transfor. & in l.
Celſus,in 1.q.de vſuc.per Hoſtien.in ſumma de p̃ſcr.rer.mini.
col.3.& Azo in ſumma,de vſuc.pro emptore,Anch.& alios in
86 rl̃a poſſeſſor,de reg.iur.lib.6. Et†potiſſimum conſiderata illa
p̃ſcriptione tanti tpis,in cuius ↄ̃rium non extat memoria &c.
procedens ſine oñſione alicuius tit.qui p̃ſumitur,ẽt ſi non al-
leget̃,ẽm Cyn.Ang.Pau.de Caſ. & Iaſ.col.fi.in fi.in 10.limita.
in l.ſi certis annis.C.de pac.& Socin.conſ.127.uiſis, vol.1.&
87 Fel.poſt Inn.in d.c.ſi diligenti. Et†in ea præſumit̃ bona fides,
ẽt ſi non alleget̃,ẽm Bal.& Inn.in d.c. ſi diligenti, Anch.ĩ c.1.
88 de p̃ſcr.li.6.Alex.ↄſ.6.uol.1.¶†Verùm attenta facti ↄtingẽtia,
& ipſius veritate allegata p̃ſcriptio in nihilo obſtat ecclæ Tri-
denti.Continet.n.exceptionem rigoroſam, iniquam,ac ↄ̃riam
iuri & æquitati naturali,& ideo qñq; a quibuſdã iudicib.peni
tus reijcit̃ tanquã odioſa,& inducens iniquum p̃ſidium , ſi cã
agitaretur coram arbitro procedente ẽm veritatem & æquita-
tem,per tex.in auth.ut eccle.Rom.in §.habeat, iuncta gloſ.&
Ang.in l.ſequitur.§.ſi uiam.ff. de vſucapio.& Fel.in rub.de p̃-
ſcri.col.1. & alia adducunt Mod. in trac.præſcr.in 1.par.q.5.
89 fo.mihi.4.col.1.& 2.verſ.ſed in ↄ̃rium,nu.15.Vbi†col.2.nu.
16.dicunt, idem eſſe, qñ procederetur coram iudice habente
liberum arbitrium procedendi , qui poterit talem rigoroſam
exceptionẽ reijcere,ẽm Fely.poſt Ang.vbi ſupra,& p Lanfran.
in trac.de arbitr.q.25.& alia adducunt Mod.in d.tra.Conclu-
dentes iſtud procedere,qñ p̃ſcriptio eſſet cum mala fide, ꝓut
eſt præſens,&ſtatim oſtendetur.Qua non deficiente nulla cur
rere potuit præſcriptio, prout non currit , qñ non adſunt aliæ
qualitates requiſitę ad p̃ſcriptionem ipſam , vt deduximus ſu-
perius, prout in pñti minimè adſunt,ut ex ĩ.dicendis apertiſ-
90 ſimè conſtabit. Quatenus † .n.dicebatur, aduerſus eccleſiam
utilem dominam poſſe res feudales præſcribi ſpacio ann.xl.id
profecto procederet,qñ per tm̃ tpis ille habuiſſet poſſeſſionẽ
continuam , & minimè interruptam per actus naturales , ſiue
ciuiles,vt aſſerta allegata p̃ſcriptio probari poterit interrupta
per actus naturales,ut plenè poſt gl. proſequuntur Canoniſtæ
per illum tex.in l.naturaliter.ff. de vſuc.traditur in l.cum no-
tiſſimi,& in l.ſicut.C. de p̃ſcri.xxx.ann.Bar.Alex. & Mod.in l.
fi.in prin.ff.de eo per quem factum erit, Aret.& Iaſ.in §.pœna
les,inſti.de actio.& per Mod.pleniſſimè in d.tract.pręſcr.in 3.
parte.6.par.princ.fol.67.& ſequẽ.& per Deci.conſ.272.in fi.
Requirebatur & 2.ꝙ habuiſſent illam rem tanquam feudalẽ.
Item & tertiò,quòd præſtitiſſent ſeruitia, & quòd talis poſſeſ-
91 ſio ſemper fuiſſet uniformis. Et†poſtremò , ꝙ poſſidens fuiſ-
ſet in bona fide. Quæ requiſita nunquam aduerſantes proba-
re poterunt, ſuccumbent igitur ẽm Aluaro.& Domi.Præpoſi.
poſt glo.& alios in d.§.ſi quis per 30.Alex.conſ.169.uiſo,col.
fi.uol.4.Deci.conſ.144.& maturè, col.2. uerſ.ſed his non ob-
ſtantibus,& Mod.in d.trac.de præſcr.in 4.parte 4.partis prin.
fo.33.col.3.& ſeq.& num.42.& ſequentib.per Abb.& Felin.
colum.6.in c.ad audientiam, de præſcr.ubi nu.16.& 36.ipſe
alia deduxi,& hr̃ etiam in deciſio.conſ.Neap.277.column.1.
92 & deci.324.col.2.¶†Nec præteritis prælatis eccleſiæ Triden.
ac Reuerendiſſim.Domi.poterit imputari negligentia,& taci-
turnitas:qm̃ aduerſus dominos Venetos occupatores, & toto
tpe , quo ipſi poſſederunt dicta loca propter ipſorum poten-
tiam,nullam potuere producere actionem,& non ualenti age
re non currit præſcri.l.1. in fi.C.de annal.exceptio.l.1.in fi.&
in authẽ.niſi tricennale.C. de bonis maternis, per Canoniſtas
maxi.Fely.in c.ex tranſmiſſa,de p̃ſcriptio.per Bar.in l.ſenatus.
ff.de officio præſidis,cum alijs plenè cumulatis per Moder.in
d.tract.præſcri.in 1.parte,6.partis prin.in 22.caſu,folio mihi
62.col.2.& ſequẽ.Et tale impedimentum quò ad ipſos Reue-
rendiſſi.Pręlatos fuit iuſtiſſimum, & minimè procedens ipſo-
rum

rum culpa,& tale,cui minimè potuere prouidere,pp potentiã dominorum Venetorum,aduersus quos seu durante ipsorum occupatione minimè ipsis licebat aliquod intentare remediũ.
93 Tum†quia commodè,& sine periculo personarum ad id deputatarum minimè id fieri poterat,argumento not.in l.nepos
94 Proculo.ff.de verb.signi.Tum†quia oẽ factum,& faciendum erat inane & frustratorium,& omnis conatus,qui fuisset adhibitus,nullus reddebat,& ipsis Reuerendissi. do.magis profuit tacere,q̃ actus frustratorios facere,s̃m Pau.de Cast. ɔs.286.& Fel.citantem Alex.in d.c.ex transmissa,col.2.nu.4.& alia adducit nu.10.post Bar.in disp.pupillus,posita in l.2.ff. qui pet. tuto.in 4.articu.1.par.& Alex.post Bar.in l.2. §. qđ diximus.
95 ff.si quis cautio.Nec†habebant necesse protestari, cum de impedimento isto iam constaret,aliàs & animus ipsorum apertus erat,& impedimentum erat iam notorium, vt ad plenum citando alios prosequuntur Fel.in d.c.ex transmissa, col. 2.&
96 3.& Alex.in d.§.quod diximus.¶†Præterea aduertẽdum est: qm̃ possessio,quam habuerunt do.Veneti dictorum bonorũ & iurium,proculdubio fuit vitiosa & violenta, cum de facto spoliauerint dictam ecclesiam,induxitq; uitium reale, & affecit rem ipsam,ita vt non possit esse locus præscriptioni nedũ ex persona ipsorum Venetorum committentium violentiam, & spolium,verùm nec ẽt ex persona successorũ: vt plenè not. omnes in l.vitia.C.de acq.poss.& in §.quod autem,& §. furti
97 uæ,insti.de vsucap.Et†tale uitium non potuit purgari, nisi facta fuisset restitutio ecclesiæ spoliatæ,s̃m Bar.in l. certè. §. Iulianus,per illum tex.ff.de præcar.& in l.sequitur. §. quod autem,& §.si tu ui me.C.pro empto.Abb.& alios in c.nihil,col. 2.de præscri.& Alex.in l.Pomponius.§.cum quis, col. 2.ff.de
98 acq.poss.& in l.fi.C.quod metus cau. Eo † magis: quia versamur in facto arduo & in occupatione feudi,quo casu mala fides auctoris prȩsumitur continuata in quoscunq; successores, s̃m Abb.in consi.3.Nitar,col.14.ver.16.q.vol.2.quem refert & sequit̃ Fel.in c.si diligenti,col.2.ver.pro qua, & repeten. in l.Celsus,col.11.ver.& nota singulariter,nu.494.ff.de vsucap. Et mala fides auctorum nociua est successorib.l.cum hæres,in princip.l.an vitium,vbi gl.ff.de diuers.& tempo.præscr. Alex. post alios in l.Pomponius.§.cum quis,& §.sed & legatario, in fi.ff.de acq.poss.Fely.in d.c.si diligenti,& Cor.consi.22.vr̃. in lita L.uolu.1.Et maxi. si isti successores vellent vti accessione primorum auctorum,vt hr̃ in dictis locis,& Pau.de Ca.consi. 293.viso,Barba.consi.9.Supremi,col.6.vol.1.& cons.12.Prȩclarè,col.12.eo.uol.1.& Mod.in tract.præscrip.fol.19.col.4. q.12.nu.55.Et illi homines dictorum Vicariatuum, & villarum,qui asserunt se emisse a Venetis in mala fide constituti erant:cum scirent Venetos fuisse occupatores, & dicta bona & iura spectare ad ecclesiam Triden. & successerunt in vitium,
99 quo erant d.Veneti.Et†ipsorum mala fides & corrupta possessio in nullo potuit prodesse dictis vicariatibus & commu-
100 nitatib.ut prosequitur Deci.consi.221.in fi. Mala†fides em̃ singularium personarum vniuersitatis quò ad inducendam præscriptionem nociua est uniuersitati,s̃m Imo.& alios in ca. iura,de iure pat.Bar.in l.post, in fi.ff.de vsucap.Cor. cons.43. In hac consultatione,in fi.uol.2.Soc.consi.187.In controuersia,col.fi.uersic.præterea,uol.2.& Cor.consi.22.vr̃,col.4.uol.
101 1.Et†titulus venditionis factæ per Venetos ipsos non releuat:cum non possint docere de bono iure ipsorum Venetorũ vendentium,& ideo ex illo non potuerunt præscribere, ut tradit Bar.in l.si sic.§.1.in fin.de leg.1.vbi Alex. & alii adducunt concord.& in l.emptor.ff.pro emptor.& Alex.consi.28.uisis, colum.3.uersicu.ad prædictorum,uolum.1.& consi.14.uiso,
102 col.2.uol.2.Fel.in c.2.col.5.de rescri. Et†ex iniustitia istius tituli clara probatur mala fides aduersantium,secundùm Bar. & alios in d.l.Celsus.Inno.& Bal.in c.per tuas, de testibus,per Imo.in c.fi.col.5.Fely.& alios in c.si diligenti.col.2.de præsc.
103 Quæ†etiam de facili probabitur,cum in locis conuicinis fama publica adesset,dicta bona & iura esse ecclesiæ Tridenti.c. quãto, de præsumptio.per Bar.in d.l.Celsus,& ibi repe.adducen.concor.num.90.& seq. ¶ Nec obstabit asserta prȩscriptio centenaria,& tanti temporis,in cuius contrarium &c.habens vim tituli,constituti,priuilegii &c. & quȩ non censetur sublata per aliquam dispositionem tollentem præscriptionem,& q̃ ta in se continet præsumptionem bonæ fidei. Nam†credit̃ for miter,& concludenter non posse probari,secundùm Abba.in d.c.si diligenti,& alios ibi,& in c.cum nobis, eod. titu. & per docto.maxi.Philipp.Franc.in c.1.de præscrip. lib. 6. Bald. & scrib.in auth.quas actio.C.de sacr.san.eccl.Alex. consi.16. In
105 causa,colum.4.vol.5.& aliàs diffusè consului.Et†si concludenter & formiter forsan probaretur: tamen adhuc non procederet,etiã si esset annorum mille,sine possessione, seu quasi l.sine possessione.ff.de vsuca.c.sine possessione,de reg.iur. lib. 6.per Bar.& alios in d.l.Celsus,& in l.3.§. ex contrario. ff. de
106 acq.poss.Et † possessio debet esse ciuilis, vt traditur per omnes in dictis locis,& per glo.& Cano.in c.causam,quæ.de prȩ
107 scriptio.Et†quoniam aduersarij erant & sunt laici, minimè potuere possidere,nec præscribere ius decimandi: ut ipsis soluerentur decimæ,ex quo sunt incapaces illarum : ut est text. apertus in d.cap.causam,quæ.ubi docto. omnes not.& habetur in capit.messana,& in capit.sacrosancta,de elect.& ferè in terminis est consi.Raph. Cuman. 64. Titius & Sempronius. Quando laicus emit decimas a laico,vt nunquam præscribat, cum non possit præscribere illas,& sit in mala fide iure resistẽte,cum vendi non possint,nec sint in commercio, & multa alia ad idem adducunt Mod.in d.tract.præscriptio.in 1.par.5.
108 par.prin.in 8.q.fo.mihi.45.col.1.& 2.nu.53.& seq.Et†procedit conclusio, etiam si adesset prȩscriptio, in cuius contrarium non extaret memoria,secundùm Abb.& Fely. in d. cap. causam,quæ.colu.1.& Host.in summa,de decim.§.& utrum, uer.3.quæritur,col.9.& Barba.consi.35.Sapienter,col.7.uol.
109 2. Non † enim procedit isto casu,quando possessor est incapax: ut prosequuntur Moder.in d.trac.loco superius citato,f.
110 45.col.1.nu.55.& sequ.Nisi † laicus habuisset priuilegium ab ipsa ecclesia,& fuisset infeudatus ante concilium Lateranensis. & solitum esset ab ecclesia decimas in feudum concedi laicis, qui id recognoscunt ab ipsa ecclesia, & prout erant illi domini de castro Barcho ab ecclesia Tridenti habentes inuestituras,& iustum titulum,ut fuit dictum supra circa princ.& tradunt Can.in c.cum apostolica,de his quæ fi. a præla. & refert Fely.in d.c.causam,quæ.col.1.uer.limita dupliciter,& ad plenum prosequuntur Mod.in d.tract.præscr.in 1.par.princ. q.7.fol.45.col.2.& seq.nu.58.& aliis seq.Nec obstabit.c.1.de præscriptio.lib.6.& gloss.in d.c. ad decimas,loquuntur enim & procedunt,qñ possessores sunt clerici,& habiles ad possidẽdum, & prȩscribendum decimas in aliena & diuersa dioc. Non autem loquuntur,nec procedunt, quando laicus occupa
111 ret & detineret.Prout † etiam asserta præscriptio, in cuius contrarium &c.cessabit,ex quo fuit cum mala fide, pp quam nulla currit prȩscriptio in nulla temporis parte d.c.si.& d. ca. possessor.Considerando generalitatem illorum iurium, & rationem,propter quam fuere introducta,bonum,uidelicet animæ,& ut peccatum euitaretur. Quȩ rationes ita vigent in ista sicut in quacunque alia,si enim procederet cum mala fide, nutritiua esset peccati,grauaret animam, consequenter non esset obseruanda,ex quo obuiaret fini ȩterno,ut plenè deduxi in ca. cum nobis,col.3.nu.6.de prȩscriptionib.Et quod in ea requiratur bona fides,firmat expressè Philip.Franc.in cap.1.de prȩscri.lib.6.col.fina.post glo.ibi super versi. nisi, & Bertachi. in versi.Prȩscriptio,el 2.col.4.firmans, ita tenere Ioan. Andr. & Cano.in c.si diligenti, & hanc opinionem asserunt esse veram Mod.in d.tract.fol.16.col.1.& 2.nu.13.in 2.parte,tertiæ par
112 tis princi.in 6.qu.Et†quȩ conclusio proculdubio procedit, quando cõstat de mala fide per coniecturas, & non uersamur in casu dubio.Tunc enim aliter esset dicendum: vt magistraliter tradit Io.de Mil.in versi.Prȩscriptio,col.8.& nona. versic. Prȩscribi an possit,& vers. prȩscriptio iurium incorporalium.
113 Et†idem colum.fin.versi.sed quid diceres, eleganter subdit citando Domi.Anton.in d. c. si diligenti,quòd in ista prȩscri. præsumitur bona fides,nisi constaret de iniustitia tituli ab ini
114 tio : tunc enim præsumeretur mala fides.Et†idem Ioan. de Mil.etiam in d.versi.præscriptio,col.fin.versi. nunquid error iuris in tit.referendo dominum Anto.in d.c.si diligenti,in fi. & in c.peruenit,car.10.uer.circa tempus dubium facit,de cẽsi.infert ad practicam erga eum, qui se fundat super hac præscriptione: vt simpliciter solùm dicat se præscripsisse tanto tẽpore,in cuius contrarium &c.& ex causa iusta, & cauere dẽt, ne alleget titulum: si enim illum allegaret & appareret, q̧ ab initio fuisset iniustus,talis præscriptio in nullo prodesset, q̧a ex illo resultaret mala fides.Et faciunt,quæ not. in decis. consi.Neap.

ſi.Neap.368.In cauſa,& 388.venerabile monaſterium. Nec
aduerſarijs prodeſſe poterit allegatus titulus priuilegij con-
ceſſi per Cæſarem,ſeu Sereniſſi.reg.Roma.& (vt dicitur) ſub
ſcripti per Reuerendiſſi.domi.Trident.Nihil enim contraria
tur intentioni ipſius Reuerendiſſi. domini ex pluribus dedu-
115 ctis iam ſuperius.Eo† etiam quia poſt conceſſionem aſſerti
priuilegij nulla completa cucurrit,conſiderata illius data,iun
ctis no.in d.c.ad aures,in d.c.illud,in d.c.de quarta,& in data
libri 6.& per Bar.in extraua.qui ſint rebel.in fine.¶Nec eccle-
ſiæ Tridenti obſtare habet,quod poſtremò aduerſantes addu-
cunt,aſſerentes tale ius eccleſię eſſe feudale,& quod ad eccle-
ſiam ipſo iure nõ potuit redire, etiam ſi aliqua ex cã ad ipſam
fuiſſet deuoluendum,ſeu transferendum ẽt reſpectu fellonię.
Neceſſariò.n. erat agitandum iudicium, & ſubſequi debebat
ſnĩa ſaltim declaratoria,quæ ſperari poterat pro ipſis aduerſa
rijs fauorabilis:cum q̃libet cã colorata excuſet a dolo, & ne-
gligentia,& ſaltim requirendi,& citandi erant, vt dicta bona
116 recognoſcerent ab eccleſia.Nõ†enim poteſt vaſallus priuari
feudo ob delictum,ſeu aliam ob culpam,niſi ſit de illis conui
ctus,& cauſę,& culpę ſint probatę,vt plenè proſequunt̃ Abb.
& Fely.in c.quæ in eccleſiarum,de conſtitu.per tex.in c.1. de
feu.ſine culpa non amit.& Bal.in c.1.de natu.feud.& in l.qui
ſe patris.C.vnde libe.uerſi.& collige argu.& per ſcrib.omnes
in c.1.§.1.quib.mod.feu.ami.& in c.3.quo tempo. mil. & c.
imperialem.§.callidis,de prohi.feu.alie.per Feder. & per Bar.
117 in extraua.ad reprimen.Et†de ſententia ſaltim declaratoria
habetur in c cum ſm leges,iuncto c.accuſatus,uer.in eo uerò
caſu,de hęreti.lib.6.& plura cumulat Fely. in ca.Rodulphus,
118 de reſcr.De†citatione etiam habetur in l. de unoquoque.ff.
de re iud.& in l.nã ita diuus.ff.de adoptio.in cle.paſtora.uer.
cæterũ,de re iudi.in cle.& p Can.in c.cũ olim.eo.tit.in antiq.
& Card.in c.extirpandę,de pręben. cum ſi. Tollit̃ enim obie-
ctio:quoniam aduerſarii non ſunt vaſalli eccleſię Triden. nec
Reuerendiſſi.D.agit ꝯ eos ad priuationem feudi, ita ut aliqua
ex cã priuationem euitare poſſent, nunquam enim ipſi fuere
vaſalli, neq; bona iſta & iura aliquo tempore recognouerunt
ab ipſa eccleſia,nec de illis habuere aliquas inueſtituras: ſem-
per enim occuparunt illa,et tenuere tanquam allodialia,volẽ-
tes derogare iurib.eccleſię,et in pñti ꝯ ipſos agit̃ tanquam oc-
cupatores dictorũ bonorũ,q̃ in feudũ fuere conceſſa per eccle
ſiam illis nobilibus de Caſtro Barchi,quorum linea iam extin
cta erat,& eſt,& per talem defectum dicta bona,& iura pleno
iure effecta fuere eccleſiæ Triden.quæ de ipſis in præſenti ſuo
arbitrio poterit diſponere,ut iam ſuperius oſtendimus.Et alle
gata per aduerſarios diuerſo ſatis caſu loquuntur, & ex illis
ita diuerſis nõ põt inferri ad caſum præſentem,ſm iura uulg.
119 ¶†Et ulterius aduertendum erit:qm̃ Reuerend. dominus ꝯ
eos ẽt non citatos poterat ꝓcedere per viam extraiudicialem, vt
tradit Roma.conſi.349.Circa primum,in 5.dubio,ad finem,
per l.Lucius.ff.de euictio.& l.item ſi verberatum,uerſ.præte-
120 rea.ff.de rei vend.Et†Alex.conſi.187.uiſis codicillis,col. 9.
uol.2.dicit ceſſare remedium citationis,qñ apparet, principẽ
uoluiſſe alicui præiudicare: cum actus ille eo inuito potuerit
expediri,quod etiam tenet Roma.cõſi.212.Quò ad primum,
& Mod.cano.in c.cum olim,col. 5.uer.non oportet,de re iud.
& ſequitur Soc.conſi.4.nu.14.uol.3.& Dec.conſ. 191. In cã,
121 nu.6.& 8.& conſi.269.conſultus,col.fi.Et†in iſtis declara-
torijs non eſt neceſſarius ordo iuris,de quo in l. prolatam.C.
de ſent.cum concor.ut tradit Inn.in c.in cauſis, de re iudi.&
122 Ang.in l.princeps.ff.de legib.Et†Bal.in c.1.§.1.de no. for-
ma fideli.dicit,principem ſcientem veritatem non debere ire
per tramites iudiciarios,per tex.in c.ad petitionem, de accuſa
tio. & plura ad idem cumulat Fran.de Cur.conſi.65.ſuper p̃-
123 miſſa,col.6.Eo†ẽt: nam certum eſt,& erat ipſis aduerſarijs,
nullam competere defenſionem, ꝯñr citandi neceſſariò non
erant,ſm gl.Abb.& alios in d.c.cum olim,ubi Fely.colum.7.
verſi.non eſt citandus,alia adducit,& per Abb.in c.ex inſinua
tione,circa finem,de appellatio. & in c.1.col.2.de cau.poſ. &
proprieta.& Soc.d.conſi.4.nue.14.& in deciſio. conſi. Neap.
124 178.in 5.dubio. ¶ †Omnia enim ſuperius adducta ꝯ dictos
aduerſantes notoria erant,minimèque poterant aliqua tergi-
uerſatione celari, conſequenter contra eos procedi potuit &
põt ſine aliqua citatione, tanquam detentatores, & occupa-
tores rerum eccleſiæ,ut habetur in c.quanto,de tranſla.præla

to.per Abb.& Moder.in c ad noſtram,el 3.de iureiur. & in c.
per tuas,col.fi.de ſen.exco.& per Are.conſi.165.col.4.& aliis
ſeq.bene loquentem,& doc.in c.ueſtra,de cohabi.cler.& mu-
lier.& Fely.in d.c.cum olim,col.7.ver.ſecus,& col.ſeq. & pul
chrè per eundem in d.c.cum Rodulphus,uer.cęterùm. colu.
125 11.& in c.cum non ab homine,in 1.limita.de iud.Et†Cor.
conſi.96.licet, col.1.& ſeq.uol.4.& Cum.conſi.153. Ad pri-
mum,& Soc.d.conſi.4.uol.3.col.7.nu.13.expreſsè uolunt ci-
tando iura,& deciſ.principem poſſe iſta facere,& non ſeruato
iuris ordine procedere,& ſine citatione,& declarare procedẽ-
126 do uerbo.Verùm†& ſi re ipſa,& facto, ac ſine uerbis ad iſta
procedat,tantundem erit:cum uoluntas nedum uerbis, verũ
facto & re ipſa declaretur.l.Paulus reſpondit.ff.rem ratam ha
be.l.de quibus,circa finem.ff.de legib.l.reprehendenda. C.de
127 inſti.& ſubſti.¶†Et ſi Reueren.dominus conſiderare vellet,
quod aduerſantes dicunt, quatenus aſſerunt ſe vaſallos eccle-
ſiæ,adhuc eos repellere poteſt alio ex capite: cum nunquam
inueſtituram petierint, nedum infra annum & diẽ poſt mor-
tem illorum nobilium de caſtro Barchi,p tex.in c.1.in princ.
quæ fuer.prima cau.benefic.amit.& c.1.§.præterea,de prohi.
ali.feu.per Fede.& c.1.quo tempo.mil.& Dec. ꝯſ.144. col.2.
nu.5.& Mod.citantes alios in d.trac.de feu.in 4.par.q. 23.fo.
35.col.1.uer.23.cã. Nec poterunt ſe aliquo caſu excuſare ab
eorum negligentia,& contumacia:cum tenuerint & occupa-
uerint dicta bona,& iura,nec uſi fuerint aliqua diligentia,ceſ-
ſabuntq; ppea illa,quæ circa hoc in oppoſitum poſſent addu-
cere.¶Minus ẽt ipſis prodeſt proclama emanatum a Reueren.
domino,quo dicebat,ꝙ quiſq; poſſidens,vel ſciẽs ab alio poſ-
ſideri bona ſpectantia ad menſam ſuam iure feudi, deberet in
fra annum comparere illa denunciaturus, ut de illis inueſti-
ret &c.uirtute cuius proclamationis inueſtiri deberent,etiam
ſi dicta bona ad eccleſiam fuiſſent deuoluta. Non enim talis
proclamatio cogere poteſt Reuerendiſſimum do. ut ipſos in-
ueſtiat.Ante enim tales proclamationes certum erat,& Reue-
rendiſſimo dom.conſtabat,ipſos aduerſarios occupare,& deti
nere dicta bona & iura,cum de ipſis qõ & ꝯtrouerſia mota eſ-
ſet,& certiſſimi ipſi erant.& non dubij,nec incerti, & ꝯñr nõ
128 poſſunt dici comprehenſi in dicta proclamatione, † vt hẽ p
gloſſam & alios in ſimili in c.fi.de maio.& obe.& in c. fin. de
elect.lib.6.& in c.fi.qui matrimo. accuſ. poſſunt,per Inno.&
alios in c.in noſtra,de procura.& in c.1.de feu.ſine culpa non
amit.& ferè propriè in terminis noſtris eſt ꝯſi. Cardin. Zaba.
74.Domi.Abb.col.2.& 3.refert & ſequitur Fely.in c.2. num.
28.de conſtitutionib.& quæ ipſe Fel.ponit in c.exhibita, col.
1.de iudicijs,& faciunt tradita per Marian.Soci.in tract.de ci
tatio.in 22.articulo principali,q.3.in fi.& 25.articulo princi
pali,q.3.Prout etiam tales proclamationes ipſis prodeſſe non
poſſunt conſiderata cauſa,pp quam emanarunt,quò ad uaſal-
los,uidelicet & detinentes bona feudalia eccleſiæ. Quorum
aliquod in iſtis adaptari non poteſt, ut ex deductis ſuperius
129 conſtat. Ceſſare† igitur debet effectus proclamationis quo
ad eos,in quibus ceſſat cauſa, ob quam fuere proclamationes
factæ.c.cum ceſſante,de appella.l.adigere.§.quamuis.ff.de iu-
re patr.& proclamationibus minimè obſtan. Reuerendiſſim.
D. ſuo arbit. de dictis feudis & bonis inueſtire poterit, quos
voluerit. Non enim cogi poterit conſiderata æquitate, & ho
neſtate,vt ipſos aduerſantes habeat inueſtire, etiam ſi ad eccle
ſiam dicta bona fuiſſent deuoluta per finitam lineam illorum
nobilium de caſtro Barchi,cum ipſi ea emerint a Venetis, lon
giſſimoque tempore tenuerint,habuerintque priuilegium Re
gis Sereniſſimi, ſeu Cæſaris, & conuenientius ſit, ut de illis
ipſi aduerſantes inueſtiant, ſicuti fuere inueſtiti illi Nobiles
130 de caſtro Barchi,†& aliter ipſe Reuerendiſſi. do. diſponen-
do,uideretur eiſdem iniuriam facere,iuxta doctr. Bar.in l.1.
§.permittitur.ff.de aqua quot.& æſti.vbi Alex. plura adducit,
& diffuſius idẽ facit in l.ſi mihi & Titio.§.1.ff.de ver.obl. ubi
Mod.ẽt ponunt,& p Iaſ.in l.2.nu.27.C. de iure emph. & per
tex.in c.omnes filii,ſi de feu.fuer.ꝯtrouer.& in c.1.quo temp.
131 mil.cum ſimi.Nouiſſimum†namq; iſtud refugium nullius
eſt ꝯſiderationis:tum quia doctri.Barto.ſuperius citata proce
dit,quando hæres illius primi inueſtiti,& defuncti,ſeu eius p
ximior iſtud peteret, & ipſi aduerſantes minimè ſunt hẽdes,
ſeu proximiores illorum nobilium de caſtro Barchi, & ita ex-
preſsè dicunt Bar.& Alex.in d.§.permittitur,& Alex. in d.l.ſi
mihi

mihi & Titio.§.1.col.fi.& Fran.de Cur.ↄſi.47.ſuper ↄtrouer-
ſiá,col.4.5.& 6.Alex.ↄſ.10.Ponderatis,col.fi.uol.3.Dec.cõſi.
131.reuocatur,col.3.& 4.& Mod.in d.trac.de feu.in 2. part.
132 q.15.f.16.col.1.uer.retenta tñ,f.13.col.3.q.6.Prout† ẽt ad-
uerſantes non debent audiri : cum ipſi & eorum anteceſſores
fuerint in mora longiſſima ultra annum, & diem non peten-
tes inueſtituram,iuxta tex.in c.ſi Titius,ſi de feu.fue. ↄtrou.&
Alex.in d.§.permittitur,& in d.l.ſi mihi & Titio, & Franc. de
Cur.d.ↄſ.47.& Deci.d.ↄſ.131.& diffuſius conſ.328.& Iaſ.in
d.l.2.nu.23.Eo ẽt: qm̃ aduerſantes ementes a Venetis occupa
torib.deteriorem fecerunt cãm eccleſiæ,nam Venetis expulſis
nullus reperiebat̃ detentor bonorum, nec conuenit, ut com-
modum ↄſequant̃ ex eorum culpa. Et ceſſabit ẽt iſto caſu præ-
alle.doctr.Bar.in d.§.permittit̃,ſm Rom.ↄſ.212.Quò ad pri-
mum,& Iaſ.in d.l.2.in 5.no.et Deci.conſi.329.Pro defenſio-
ne,in fi.Et magnum inſuper fieret detrimentum eccleſiæ Tri-
denti.ſi aduerſantes inueſtirent̃ potius q̃ aliæ particulares per
ſonæ,quarum morte de facili bona poſſent ad ecclãm redire,
133 & deuolui.Quod † ceſſat in aduerſarijs facientib. cõitatem
& vniuerſitatem,q̃ nunquam morit̃.l.proponebat̃.ff.de iudic.
l.ſicut.§.fi.ff.quod cuiuſq; vniuer.no.cum ſi.allegatis per Bar.
in l.vſusfructus.ff.de ſtipulatione ſeruorũ, & in l. mortuo. ff.
134 de fideiuſſorib.Et † inueſtiendo ipſos prorſus ceſſaret dicta
ſpes reuolutionis,prout in ſimili dicimus,qñ res aliqua perue
nit ad ecclãm.Dr̃.n.perueniſſe ad manus mortuas, hoc eſt nũ
quam morituras,ut tradunt docto.in c.1.de alie.feu. And.de
Iſer.& Afflictus in 3.notab.in ↄſti.regni,hac edictali, de reuo
ca.alie.feudi lib.3.cum ↄcor.Vt igitur tale incommodum ec-
cleſię Triden.ceſſet,& ꝙ ipſe Reueren. D.effugere debet præ-
carium rerum feudalium,& iurium,inueſtituram, & conceſ-
ſionem,conſiderata omni honeſtate,& æquitate facere non te
netur,nec conuenit,prædictis aduerſarijs demeritis, & culpo
ſis.Concedere igitur poterit dicta feuda, & iura alijs particu-
laribus libero arbitrio ſuę Reuerendiſſimę Dominationis,cõ-
ſulendo commodo,vtilitati,ac beneficio ſuæ eccleſiæ Triden.
vt iam perpetuò ſolita eſt facere. Pariſius Bono.

S V M M A R I V M.

1 *In ſententia cauſa non eſt neceſſariò exprimenda.*
2 *Si tamen exprimitur,eſt a cauſa expreſſa regulanda.*
3 *Verba ſententiæ generalia a cauſa expreſſa interpretationem re cipiunt.*
4 *Ratio & cauſa attenduntur,non verba.*
5 *Et ab illis uerba declarantur & limitantur.*
6 *Mens & ratio regulant diſpoſitionem, & non uerba.*
7 *Generalia per ſequentia reſtringuntur.*
8 *Dictio,quia nobis, cauſam & rationem indicat, & ipſarum ex- preſſionem.*
9 *Sequentia declarant præcedentia.*
10 *Verbum ſpeciale iunctum generali alterat genus.*
11 *Verba generalia, & indeffinitè prolata reſtringuntur per ſe- quentia.*
12 *Seruatur generalitas,quando ſalua ratione recti ſermonis per ſe quentia non poteſt reſtringi, ſeu antecedentia expreſſa, aliàs ſecus.*
13 *Et ceſſat illud, qui omne dicit &c.*
14 *Specificata genus reſtringunt.*
15 *Sententia generalis refertur ad proſequuta.*
16 *Conſideranda ſunt ſingula uerba ſententiæ, prout et contractus.*
17 *Limitatæ cauſæ abſolutionis limitatã producunt liberationem.*
18 *Soluere, & non ſoluere,contraria ſunt.*
19 *Contrarietas reijcitur.*
20 *Verba ſententiæ ſtrictè ſunt intelligenda.*
21 *Si uerba non conueniunt, minimè conuenit diſpoſitio.*
22 *Verba ſunt interprætanda, ne coutraria uideantur.*
23 *Negatiua quandoque probanda eſt.*
24 *Sententia referenda eſt ad petita,niſi verba contrarientur.*
25 *Relatio limitata producit limitatum effectum.*
26 *Dictum generale reſtringitur per rationem ſpecialem.*
27 *Dictio,cætera, generalis reſtringitur quandoque.*
28 *An iudex uideatur ſuper toto iudicaſſe.*
29 *Et ſi non facit, an propterea ſententia reddatur nulla, & nu- mero 30.*

CONSILIVM CII.

1 Et ſi regulariter † neceſſarium minimè ſit in ſnĩa cãm ex-
primere.c.ſicut,de re iudica.& ibi diffuſè Cano. maxi.
Mod.col.8.nu.22.& per Alex.in l.Iulianus.ff.de condictio.in
2 debit.cum ſimilib.Tñ† inficiari non põt,quin ſnĩa prolata cũ
expreſſione cauſæ non regulet̃ ab ipſa cã, cuius expreſſio aper-
tiſſimè declarat mentẽ pronũciantis, & aperit ipſius animũ,
ſuper quib.iudicium protulerit: ut tradit̃ per Bar.& alios poſt
gl.p illum tex.l.ſi quis ad exhibendum.ff.de excep.rei iudi.Et
3 † verba ipſius ſnĩæ quamuis gñalia declarationem,& interpre
tationem recipiunt ex cauſis ſucceſſiuè expreſſis in ipſa ſnĩa,
& aperiunt mẽtem iudicantis,quæ fuerit in illis verbis gñali-
bus p eum prolatis,vt ultra ſuperius adducta probat̃ in ſim.in
l.fi.C.quæ res pign.& in l.in promittẽdo,in prin.ff.de iur.do.
4 & alia adducit Dec.conſ.374.In cã,col.1.& 2.Et† in ſim. tra-
ditur in l.cum pr̃.§.dulciſſimis,de leg.2.& in l.rẽa, uerſi.& li-
cet.ff.de iur.& fac.ign.Quib.in locis Bar.firmat, dictum quã-
tumcunque gñale reſtringi ex rõne & cauſa expreſſa. Verba
5 † nanque gñalia ex ui rationis & cauſæ limitantur,& reſtringũ
6 tur.l.quamuis.ff.de in ius vocan.Non† enim uerba, ſed mens
& rõ diſpoſitionem regulant,cum ipſa ſit anima ipſius, & uer
ba rõni,& menti habeant deſeruire.c.intelligentia,de verbo.
ſig.l.ſcire leges.ff.de legi.cum concor.& applicando prædicta
ad præſentem diſceptationem,dicere poſſumus, illa uerba ſe-
cundæ ſnĩæ,quantùm ad cætera abſoluimus.d.Petr. quamuis
7 gñalia.l.cæterorum.ff.de uer. ſig. reſtringi† & declarari p ver-
8 ba illa ſequentia,† uidelicet,nobis non conſtat &c.quæ conti-
nent rõnem,& cãm,quib. iudex abſoluit,& ipſius mentem &
animum declarant,ſm Bar.in l.demonſtratio.§. quod autem,
9 col.3.ver.quid ſi teſtator.ff.de condi.& demon.Ex† quibus pa
tet,abſolutionem illam non fuiſſe ita gñalem, ſed limitatam,
cum ſequentia declarent præcedentia. l. ſi ſeruus plurium. §.
10 fi.de leg.1.& p Alex.conſi.2.in 4.uol.Et † uerbum ſpãle iun-
ctum generali,alterat genus.l.ſed ſi adijciatur. ff. ꝓ ſoc. & ibi
Bar.allegans tex.in l.qui uinũ.§.cui dulcia,ubi ẽt tangit.ff.de
11 ui.triti.& ol.lega.& per Alex.conſi.8.uol.3.Eo† ẽt quia uerba
gñalia & indiffinitè prolata reſtringuntur per alia ſpãlia poſt-
modum expreſſa, qñ id ſalua rõne recti ſermonis fieri poteſt
l.ſi pluribus,ubi Bar.ff.de ſolu.l.ſi de certa,ubi poſt Bart. om-
12 nes tradunt allegantes ↄcor.C.de tranſa.Et† ad ſubſequẽtia ex
preſſa in dicta ſnĩa,ſalua rõne recti ſermonis, gñalitas illa põt
reſtringi, cũ p illam expreſſionẽ habeamus expreſſam mentẽ
13 pronunciantis,& ipſius animũ. Et † ſic ceſſabunt tradita in l.
Iulianus,de leg.3.& in l.Aurelius.§.ſed & ſi.ff. de libe.lega.Et
14 † in ſi.probat̃,ſpecificata reſtringere genus,in l.fi.§.cui dulcia.
ff.de ui.triti.& ol.leg.& diffuſè p Bar.in l.quæſitũ.§. ſi qs fun-
dũ.ff.de fun.inſtruc.& inſtru.leg.& in l.legata.ff.de ſuppel. le
15 ga.Prout† ẽt: q̃a ſnĩa gñalis ad proſequuta tm̃ reſtringit̃. l. de
reb.in fi.ff.de arbi.& p Bar.& alios alleg.ↄcor.in l. ſub p̃textu,
16 in fi.C.de trãſa.Et† quia ſicuti ſingula verba ↄ̃ctus ↄſiderãtur
ſm Bal.in rub.C.de ↄ̃h.empt.q. 9.ita ↄſideranda ſunt ſingula
verba ſnĩæ,vt tradit Bal.in l.ab exequutione,col.fin.C.qñ ap-
pel.nõ recip.& referunt Mod.in rub.C.de iudi.in fi.Et põde-
rãdo in dicta ſnĩa verba illa abſoluimus a cæteris : quia nobis
nõ ↄſtat iudicialiter de allegatis ſolutionib.ſolũ cõprehẽdunt
liberationẽ factã illis de Bõdis ex eo: quia eis non erat ſolutũ,
nec ſatisfactũ,nec poſſunt cõprehendere caput ſolutionis, uel
nõ ſolutionis gabellarũ,vt ſtatim dicet̃,illa ẽt uerba ſubſequẽ-
tia,& obſtãte declaratione &c.ↄtinẽtia ali ã cãm & rõnẽ factã
ſup creditis minimè cũprehẽdere poſſunt caput iſtud. Quod
inſuper non amplectit̃ tertia rõ aſſignata in dicta ſnĩa poſita
ibi,& ꝙ lauda,ſolũ ↄcernens nullitatẽ laudorũ. Vltima rõ ab-
ſolutionis expreſſa ibi,& ꝙ nõ ↄſtat &c. cõcernit iniquitatẽ &
17 nullitatẽ laudorũ.Cum† itaq; cauſæ & rõnes iſtæ,quib. iudex
abſoluit,limitatas ↄtineant cãs abſolutionis, limitatã ꝓducũt
abſolutionẽ & nõ gñalẽ,ad tradita in l.proximè.§. quia cãcel-
lauerat.ff.de his q̃ in teſtamẽ.delen.& in l.in agris.ff.de acqu.
rer.do.per Bar.& alios in l.1.C.ſi aduerſ.rem iud. & p Mode.
in c.cũ inter nos,nu.20.de re iud.Nec uerba illa: q̃a nobis nõ
conſtat de allegatis ſolutionib. poſſunt, vt dubitatiuè dr̃,ada-
ptari ad ſolutiones gabellarum non factas p Gondos, licet vi-
deant̃ indefinita,& in rẽ prolata,& ſic comprehẽdere ſolutio-
nes oẽs,tam affirmatiuè q̃ negatiuè: & quia ſnĩa eſt referenda
ad pe-

ad petita,& aliàs sequeretur,ꝙ iudex non pronunciasset super
toto,ɔ̄.l.in hoc iudicio.ff.fam.ercis.& quia rõnes nõ ɔcluden-
18 tes,& insufficiẽtes,ac impertinẽtes minimè uitiãt.Qm̃†solue
re,& non soluere,ɔ̄ria sunt,& ɔcurrere minimè pñt,vt ad ple-
19 nũ tradit̃ ꝑ gl.& alios in l.scripturæ.C.de fide instr. Et†iõ in-
simul stare non possunt.l.1.C.de furtis.l. ubi repugnantia. ff.
de regu.iur.vbi Moder.dñt id procedere ẽt in verbis sñiæ,ſm
Bar.ɔs.111.quærit̃,col.4.uersi. super secundo, illa igit̃ uerba,
quia nobis nõ ɔstat de solutionib.si adaptarent̃ ad caput abso
lutionis: quia non constabat de solutionib.factis illis de Gon-
dis,nec non ad caput non solutionis gabellarũ, iudex malè ab
soluisset.Nã si nõ constabat de solutione gabellæ, nõ debebat
absoluere,sed condẽnare,cuius ɔ̄riũ expresè fecit.Et si dat̃ in-
tellectus ad nõ solutionẽ gabellarũ, seu solutionẽ ipsarũ, mi-
nus ɔuenit,nã dr̃,sibi id non constare,cuius oppositum oñdit̃,
inquantum annullauit ex capite tenutæ pro non facta ꝑꝑ ga-
bellam non solutam,& satis constabat de solutione, uel de nõ
solutione gabellæ,cum fuissent notificata lauda esse gabellabi
lia,& non fuerunt absoluta.Et dicta uerba, ꝙ nõ constabat de
solutionib. uerificari non possunt in isto capite, sed solũ in so-
20 lutionib.non factis illis de Gondis.Et†talia verba sñię strictè
intelligenda sunt,& ut iacent, nec ex eis ulterius inferendum
est,ſm Bar.in l.si expressim,col.2.ff.de appel.& in l. Iulianus,
col.4.ff.de ɔdi.indeb.cum alijs alleg.ꝑ Dec.cõsi.348. De duo
21 bus,col.fi.Et†quia huic intelligentiæ dicta verba non conue-
niunt,minimè conuenit ipsa dispositio,& sñia.l.4.§. toties. ff.
22 de dam.infe.l.ita aũt.in prin.ff.de admi.tu.Eo†ẽt quia uerba
interpretanda sunt,ne ɔ̄dicere uideant̃ c.inter dilectos.§.cæte
rùm,de fide instr.potissimum in sñia ut deduximus, & nõ cõ-
stare de solutionib.factis illis de Gõdis,unũ est,& aliud & op-
positũ resultat,si illud non constare de solutionib. referat̃ ad
23 solutionem,uel non solutionẽ gabellæ.Et † licet illa negatiua
non fuisse solutũ, qñq; sit probanda ꝑ opponentem,iuxta tra-
dita ꝑ Bar.in l.in illa,ff.de uer.ob.& Mod.ibi nu.15. Tñ satis
probata in casu pñti apparet : cum ob gabellam non solutam
24 fuerit processum ad annullationẽ. Et † qa habemus verba ex-
pressa ipsius sñiæ,cessat illud,qđ dicebat̃, sñiam referẽdam ad
petita,ex quo expressum facit cessare tacitum.l.cum ex filio.§.
25 1.ff.de vulg.& pup.Eo † ẽt:qm̃ relatio non fuit simpl'r facta,
sed limitatè,ſm cãs & rõnes expressas, & limitata relatio limi
tatum producit effectum, argõ d. l. in agris, & plura adducit
Dec.consi.21.Negari non potest,num.18. posito inter illa xl.
26 de per se impressa.Nec†inconuenit dictum gñale restringi ꝑ
rõnem specialem,ſm Bar.in d.§.dulcissimis,& in d.l. regula.
27 ¶†Nec obstabit illa dictio cætera,gñalis, nam ex sequentibus
declarationem & interpretationem recipit,ut deduximus, &
quia salua rõne recti sermonis gñalitas illa ad causas, & ratio-
nes successiuè expressas commodè potest referri, & sic cessant
28 in oppositum adducta,ut ostendimus.¶†Cessat insuper illud
inconueniens,ꝙ non iudicauerit super toto, iuxta d. l.in hoc
iudicio.Nam non ꝑꝑea sñia reddetur nulla: cum cõtineat plu
29 ra capitula,& separata,†prout cõtinet petitio, ut plenè tradit
Bar.in d.l.1.C.si aduers. rem iud. & diffusius prosequunt̃ oẽs
Can.in d.c.cum inter nos,maximè Fely. col.4. & seq. nu. 11.
& aliis seq. ubi ad plenum articulum istum absoluit. Et ex di-
ctis ibi ꝑ eum citantem alios,ad obiectionem capi poterit alia
insuꝑ resolutio.Et qm̃ rõnes expressæ in dicta sñia bñ accom-
modant̃ ad aliqua capitula,ad aliqua uerò minimè,ut dictum
extitit,ɔñr ad illa non sunt extendẽdæ.Cum enim sint separa-
ta,non reddetur sñia nulla,esto ꝙ super toto non fuerit iudi-
30 catum.Nec†considerandum uenit, an dictæ rationes respe-
ctu totius essent incongruæ,impertinẽtes &c. Ista enim mini-
mè obstant, cum (vt diximus) rõnes, & causæ ꝑ iudicantem
fuerint expressę,& commodè adaptari possunt ad aliqua,& iõ
extendi non dẽnt ad reliqua capitula,quibus nullo modo cõ-
ueniunt,ut deduximus.Ex quib.necessariò infertur, dictas bi-
nas sententias minimè dici posse conformes quò ad caput,de
voluntati teſtõris nõ implẽdo ɔditiones, & p̃cepta per ipſum
eidẽ iniuncta, quinimò expreſsè ɔ̃uenit eius uolũtati, quo fit,
ut tanto magis dicta ſucceſſione priuari debeat, ut eſt pulchrũ
conſi.p̃fati.d.Matth.Felicia.præallegatũ. 259. ferè per totum
poſitum inter conſi.Pau.de Caſt.in primo uol.& d. conſi.do.
Saluſt.ſubſcriptũ per Abb.Pan.poſitum inter ɔſi.Pau.de Caſt.
in 2.vol.197.col.fi.& ad id bene adaptantur, quæ uult Pau.de
Caſt.in d.conſi.292.col.2.uerſi.in ɔ̃rium, vol.2.in quibus lo-
cis per iura, & rõnes concludit, ꝙ uocatus a teſtatore non ad-
implens p̃cepta ipſius teſtõris, & faciens ɔ̃ eius uoluntatẽ pri-
uatur ſucceſſione qñq; directò, qñq; ꝑ fideicõmiſſum, de quo
101 ẽt in ſeq.articulo plenè attingã.Et † maior eſt cõtumacia, &
delictum, qđ cõmittitur ɔ̃faciendo, q̃ illud, quod cauſatur per
omiſſionẽ: ut dicit gl.fi. in l.diuus.ff.ad Sillania. & traditur in
l.ſi mora.ff.ſolu.matr. & ꝙ ipſe d.Anto.ɔ̃uenerit uoluntati te-
ſtõris, deducit̃ apertiſſimè; qm̃ quantũ in eo fuit, acceptauit di
ctam ſucceſſionẽ, & fideicõmiſſum ſimpl̃r, minimè cognomi-
nando ſe de domo de Diana, nec faciendo arma teſtõris. Hæ-
102 reditas † enim aditur ſola animi deſtinatione, ꝑꝑ quod quis
efficitur hæres.l.ſi auia C.de iu.delibe.l.pro hęrede, in princ.
& l.gerit, ubi Bar.& alii plenè tangunt.ff.de acq. hæred.& no.
Soc.conſi.131.in præſenti.col.3.uerſi.ſed hic eſt aduertendũ.
uol.1.& Cor.conſ.75.diu.col.3.uerſi.itẽ pondero, in fi.uol.2.
103 Sufficit † enim ſolus animus abſq; alio facto, ut hr̃ per gl.&
alios in d.l.pro hęrede, & in l.potuit.C.de iu.deliber.dummo
do ꝙ animus declaret̃ uerbo uel facto, ut eſt tex.in §.pen. inſt.
de hęre.qual.& diff.& tradit Bar.in d.l.gerit, col.1.& Iaſ.in d.
104 l.pro hęrede, nu.12.Hinc † eſt, ꝙ per illa uerba, uolo eſſe hæ
res, hęreditas dr̃ adita, ut probatur in l. iam dubitari.ff.de hæ-
re.inſti.& nota.Soc.conſi.68.uiſis, nu.3. uol.3.& Corn.conſi.
310.principaliter, col.pen.uerſic.licet Barto.uol.3.& de dicta
aditione, & declaratione animi ipſius d.Ant. ſatis apertè con-
ſtat per literas miſſiuas, & epiſtolam manu ipſius ſubſcriptam
ad excellentiſſimũ.d.Phil. Decium, in qua declarat poſt mor-
tem. d.Conſtantiæ ſuæ matris hæreditatẽ prædictam, & fidei-
commiſſum ſpectare ad ipſum, aſſerẽdo ꝙ eſt uerus ſucceſſor
dictæ hęreditatis virtute dicti teſtamenti, & ſucceſſionis, & ꝙ
iam acquiſiuerat dictã hęreditatẽ, & ꝙ firmiter erat ſua, ſub-
dendo, ꝙ erat uerus ſucceſſor, & hęres, ut hęc omnia uidentur
105 ex tenore, & lectura dictarũ literarum, & epiſtolæ. Quæ† op
timè probat, & fidẽ facit; cum contineat nomen & cognomen
mittentis, & nomen, & cognomẽ eius, ad quem mittebatur, &
106 fuerit tranſmiſſa, & data ipſi.d.Philippo Dec.Et† etiam con-
tineat ſubſcriptionẽ ipſius mittentis, & aliorum teſtium, & ſit
roborata proprio ſigillo ipſius d. Ant. iuxta ea, quę plenè tra-
dit Bal.in proœ.fforum.col.11.& Fel. poſt alios in c.2. col.6.
& 7.de fi.inſtr.& per Bar.& alios in l.nuda ratio, in fi.ff.de do
na. & in l. Publia.ff.depoſi. & per ſcriben.in l.admonendi.ff.
107 de iu.iura. Et † licet talis ep̃la nõ ſit ſcripta manu ipſius do.
Ant. tñ ſcriptura eſt ſubſcripta manu ſua, q̃ ſubſcriptio ɔ̃ ſub-
ſcribentẽ ita ꝓbat, ſicuti ſi propriè ſcripſiſſet, ut tradit Bart.in
l.emptor.§.Lucius, per illum tex.poſt gl.ff.de pact. & in l. Ca-
ius.ff.de pign.actio.cum aliis cumulatis per Fely. in ca.qm̃ ɔ̃.
col.24.& ſeq.in 4.q.extra de proba.in d.c.2.col.2.in 8.decla-
ratione, & ſufficit ſola ſubſcriptio mittentis tm̃, cum materia
ſolùm concernat ſuum præiudicium, ut dicit Imo. in c.2. &
108 Fel.ibi in 9. declaratione. Et † licet ſigillũ non ſit authenti-
cum, ſed priuatum mittentis, ſatis eſt, ut tãto magis ɔ̃ mittentẽ
probationem faciat, vt hr̃ in l.diſtrahere. C. de reb. eccl. non
alien.& l.teſtium. §. ſi quis, & §.ſeq.ff.de teſt.& tradit Spe.in
tit.de proba.§.ulti.uer.fi.& Cato Sac.in repe.d.l.admonendi,
nu.74.& Iaco.Petrus de Prolom.in repet.d.l.admonendi, nu.
193.ɔcludentes ſufficere ſigillum priuati mittentis literas, ut
in ſui præiudicium probent, & iſtud prius uoluit Rom.in d.l.
admonendi, col.20.& Imo.in d.c.2.quos refert, & ſequit̃ Fel.
109 ibi col.pe.uer.3.gñalit̃.Et † ſi ipſe d.Ant. recognouit, & ap-
ꝓbauit dictas litteras, & ep̃lam, & ſuã ſubſcriptionẽ, & ſigillũ
pro-

proculdubio talis epistola recognita,& cōfessata bene, & ple-
nè ꝓbabit,ut firmat Bar.& oēs in d.l.nuda, in fi. & in d.l.Pu-
110 blia.in fi.& can.in d.c.2.& doct.in d.l.admonendi.† Si verò
eam inficiabitur: tunc comprobari poterit per comparationē
* litterarū,& fidem faciet,vt* cōiter volunt oēs in locis.s̄.dedu-
ctis,& etiam tradit Bar.in d.l.admonendi,col.3.& Io.Bapt.de
sancto Seuerino ibi in sua repeti.nu. 68.& Fel.in d.c.2.col.6.
versi.tangunt ēt hic,firmantes hanc esse cōem,& epistolā etiā
negatam isto casu probare facta comparatione,qđ tanto magis
111 procedit stante sigillo,vt dictū est.Prout † etiam plenè proba
bit;qm̄ licet sit scripta in absentia, tn̄ quia ad manus eius per-
uenit,ad quē mittebatur, & ea mēte scripta,& subscripta fuit,
vt mittatur,& tradatur,ēt si esset scriptura priuata, nedū epl̄a,
optimè probabit,si est recognita ꝑ alios,qui se subscripserunt:
vt tradit Bar.in d.l.nuda.col.2.ver. quæro quid si in libro, &
plenè tangit Alex.consi.82.circa primum.col.1.& 2.volens ꝙ
isto casu bene probet,per l.si quis per epistolā.C.de dona.vol.
112 4.Et† satis est,ꝙ duo ex subscribentibus deponant, ꝙ fuerūt
præsentes: ut firmat ipse Alex.in d.consi.82.& consi.110.viso,
col.2.uersi.itē obstare vř,uol.4.& consi.239.ponderatis. col.
113 2.nu.6.uol.6. Et† si dicti duo testes deponunt de tenore cō-
tentorum in epistola,& scriptura,proculdubio plenè fidem fa
ciunt. l.vbi numerus.ff.de testib.& firmat Bar. in l.scripturas.
in prin.& in sua distin.C.qui potio.in pignor.hab. & in auth.
& si ꝯctus,col.2. C. de fide instru.& Roma.in d.l.nuda.col.4.
uersi.pone enim.& Card.& Abb.in d.c.2.quos ibi refert,& se
quitur Fel.col.2.in 3.declaratione,& sentit Alex.in dictis duo
114 bus consi.s̄.allegatis.Et† est bona decisio Bar.in d.l.nuda, in
2.opposi.quem sequitur ibi Imo.Ang.& Cuma.col.1.versi.2.
articulus, & oēs alij respectu epistolæ, uolentes ꝙ epistola, &
scriptura priuata plenè probet quoad declarandum animum
illius,qui scripsit,in his quæ dependent a sola volūtate illius,
vt est in aditione hęreditatis,& prout est præsens casus noster.
Ex quibus infert,ipsum.d.Ant.declarasse se hęredem ante ad-
impletas conditiones prædictas,& qđ peius est etiam perseue-
rauit, & perseuerat in præsenti non faciendo arma testatoris,
nec se cognominādo de domo ipsius,& ꝯnr expresse ꝯuenien-
do eius uoluntati,prout etiam ex aliis, & a fortiori expressè ꝯ-
uenit,ex quo ante adimpletas cōdōnes disposuit de medieta
te ipsius hęreditatis,&successionis,eā inter uiuos donado eius
fratri,per quē actū donationis apertissimè declarauit animum
115 suū,ꝙ uolebat adire.Nedum†.n.verbo, sed facto, & re ipsa
animus declaratur,ut in l.Paulus.ff.rem rat.habe.& in l.repre
hendenda.C.de institu. & substi. & in l.de quibus.ff.de legib.
116 Et † talis actus donationis hæreditatis prædictæ fieri nō pōt
citra ius,& nomē hæredis,& ideo aditionem inducit, & in ca-
su præsenti ꝯuentionē,ut hř in d.l.pro hæred.§.1.ubi scriben.
plura cumulant,& in l.si quis mihi bona.§. sed quid si manda
uerit,eo.tit.& per Bar.in d.l.gerit, & punctaliter ad casum no
strum tradit Cor.consi.165.circa primum,colu.8.& seq.uersi.
His tn̄ nō obstantibus,uol.2.& consi.79.in hac cōsultatione,
117 col.3.uer.circa quintū,uol.4.Volēs,†ꝙ nedum per actū do-
nationis, sed etiam per mandatum de donādo partem hæredi
118 tatis dicatur quis hæreditatem adire.Ad † quod etiam: qm̄
aditio hæreditatis fit ex cessione iurium cōpetentium in hæ-
reditate,per.l.si auia.C.de iure deliber.& firmat Corn.consil.
52.in hac cōsultatione, col.1.in fi.& cōsi.210.vř,in prin.vol.
2.ubi alia cumulat, & ista omnia bene adaptantur ꝯ ipsum.d.
Ant.qui inter uiuos donauit medietatem dictæ hæreditatis,&
successionis,& cessit iura ipsius,aliter non adimplendo volun-
tatem,& præcepta ipsius testatoris, & ꝯnr expressè ꝯueniendo
eius uoluntati,&,quod peius,delinquendo in voluntatem ip-
sius testōris,& iniuriando illi in nō conseruando honorem,&
memoriā ipsius, & reddendo se illi odiosum, vt sigillatim de
119 omnibus suprà dictum est.¶ Nec† prædictis obstat,si dicatur
ꝙ dicta donatio,& cessio fuit facta uiuente do. Constantia, &
sic tempore,quo nullum ius ipsi.d.Ant.competebat.Nam ob-
iectio tollitur ex illis uerbis positis in instr̄o donationis ex
nunc prout ex tunc &c.quæ important: ut unum tp̄s alteri in-
esse videat,& ꝙ ex quolibet prædictorū temporum dici possit
actū sumere initiū s̄m Ang.& Imo.in l.hmōi.ff.de uerbo.obl.
& not.Fran.de Cur.ꝯsi.42.quia inquit.Bal.col.13.uersi.illa.n.
dictio, cum aliis cumulatis per Alexan. & alios Moder.in d.l.
hmōi,ubi adducit Bal.in c.1.de mili.vasa.uolentem,ꝙ uerbū,
ex nunc, significet actum uerbi prolati,& uerbū,ex tunc signi
ficet, effectū actus d. uerbi collatū in tp̄s futurū, vt est in casu
120 præsenti.Et† Bal.in d.l.hmōi,dicit,ꝙ ista dictio,ex nunc,ope
rat, ut oīs ꝯditio retrofingat, ad quod plura adducunt Alex.&
Ias.post alios nu.4.in l.1.C.de codicil.& idem Ias.in l.si ita sti-
121 pulatus fuero,si Titius.in prin.ff.de uerb.obl.et † Alex.cōsi.
111.perspectis literis,col.fi. nu. 27. uol.2.adducendo plures
decisiones firmat, ꝙ qn̄ dictū est,ex nūc prout ex tunc, ut fuit
in casu præsenti, præsens trahit ad futurū post mortē d. Con-
stātiæ,& ideo erit ualida,& firma quò ad ipsum.d.Ant.& quo
ad declarationē sui animi,& ad effectum, ut dicat ꝯuenisse Et
122 † tanto magis prædicta locū hn̄t, si post mortē.d.Constātiæ
appareret,ꝙ talis donatio ꝑ ipsum d.Ant.per quam confirma-
tionē, & actum geminatū tanto magis apparet eius uoluntas
ꝯueniendi,argumētō eorū quæ hn̄tur in l.si mulier.C.ad Vel-
leia. & in l. balista. cum ꝯcor.ff.ad Trebel.& aduertendū est:
quia ipse d.Ant.est secundus fideicommissarius,prout ēt est ip
se d. Nico. & bona hæreditaria peruenerūt ad manus alienas,
& illorū occupatores restituere recusant, & quia de tali fidei-
commisso vniuersali non pōt detrahi Trebellianica, ut plenè
123 fuit dictum in alio ꝯsi. Ipse † d.Ant.non indigebat aliqua re
stitutione, prout etiā non indiget ipse d. Nico.ex his,quæ ha-
bentur in l.fi.§.sed quia.C.cō.de leg.& in l.sancimus.§.fin.C.
ad Trebe.cum aliis not.per Bald.Aret.& Deci.in notab.in c.in
præsentia,extra de prob. ubi plenissimè ista discutiendo sigilla
tim declaraui post alios nu. 5.vsq; ad numerū 12.ꝙ in casibus
prædictis non est necessaria restitutio hæreditatis: qm̄ ab istis
occupatoribus hæreditatis absq; aliqua restitutione præambu
la bona hæreditaria per secundos fideicōmissarios poterūt pe
ti,& haberi,ut plenè tradunt Fulgo. & alii Moder.in l.precib.
C.de impube.dum examinant intellectū dn̄i Christop.de Ca-
stil.& traditur per Ale.Socy.Ias.& alios Mod.in l.Centurio.ff.
de uulg.& pup.in 3.q. principali Bar.dum examinant dictum
intellectum.d.Christop.ex quibus concluditur,ipsum d.Ant.
per prædicta expresse ꝯuenisse uoluntati,& præceptis dicti te-
statoris.¶ Venio modò ad septimū principalē articulū, in quo
dicebā me primò ostensurum,ꝙ ego Nico. de Diana rebus sic
stantibus substitutus sum, & expressè uocatus ab ipso testōre.
secundò, ꝙ hr̄ditas prædicta spectat ad me omni iure,qui ad
unguē adimpleui uoluntatē ipsius testōris,quę oīa apertissimè
ex supius deductis apparent uera esse,& ulterius comprobant.
Nam ipse testōr post mortem d.Cōstantiæ ad suam hæredita-
tem uocauit eius filios primogenitos, & maiores legitimè de-
scendentes, & illis deficientibus uocauit secundogenitos ma-
sculos, quæ uerba prima facie vn̄r innuere,ꝙ d.Ant. sit uoca-
tus,cum ipse sit primogenitus & maior legitimus,& naturalis
124 filius ipsius. d. Cōstantiæ. Ex † quo ille dicitur maior natu,
& primogenitus,q maior est ætate.l.Seiū.& l.sequ.ff.de adop.
l.eū qui.in prin.ff.de interdic.& rele.& no.Bald.in l.eam quā
col.9.uer.sed pone. C.de fideic.& multa cumulat Soc. in ꝯsil.
incip.uisis instr̄is, col.2.& 3.nu. 14. & 19.quod ꝯsi.positū est
post lectu.suam de uerb.obl.ponit etiam Ias.in l.is pōt.nu.45.
125 ff.de acqu.hære.Et † qn̄ testator uocat maiorem ex filiis ali-
cuius,ꝯsiderare vř maioritatē respectu ætatis;ut tradit Bal.alle
gatus per Pet.de Anch.in c. 1.char.46.uersi.ego habui hoc ēt
de facto,extra de const.& not.Alex.ꝯsi. 4. ponderatis col.2.&
3.uol.4.& plura cumulat Fel.in rub.extra de maio.& obe.col.
126 pen.uersi.si testator iussit. Et † ista primogenitura,& maiori
tas a testatore pluries,& sępius considerata multa hn̄r priuile-
gia,ut tradit Arch.in c.quā periculosum.7.q.1.& referunt ibi
scrib.& Io.And.& alii in c.licet,ex̄ de uoto. & Socy.in d.ꝯs.vi
sis instr̄is,& ēt ꝯsi.47.facti narratione.nu. 5.& ferè per totum,
uol.3.& ponit Franc.de Cur.ꝯsi. 56.col. 10.& ꝯsi.73.col.1.in
fi.& col.seq.& ēt Ias.vbi.s̄.& Marti. Laud. in suo tract.de pri-
127 mogenitura, & aliàs consului. ¶ Tn̄ † istis non obstantibus
considerata dispositione & uoluntate testatoris ipse do.Nico.
dicitur primogenitus, & non ipse. d.Ant.nam primogenitus,
& maior non solùm dicitur considerata ætate, ut dicunt iura
superius allegata,sed etiam ille dicitur primogenitus, qui pri-
mò a iure est cognitus, ut punctaliter tradit Bald. in d.l.eam
quam. C.de fideicō. col.11.uersi. considera ꝙ primogenitus,
& hoc ēt uult Barto.in l.cum satis.C.de agri. & cens.lib.11.&
128 Alex.in d.consi.4.col. 2.uolu.4. Vbi † etiam expressè dicit,
quòd primogenitus s̄m subiectam materiā dicitur ille, qui a
iure

iure est primò cognitus, licet non sit primò natus, & Bal.vbi.
§.illud inducit ad plures quæst.prout ẽt facit Fel.in c.pruden
tia,col.2.& 3.extra de offi.delega.& Ias.in l.is potest,col.5.&
4.seq.ff.de acqui.hæred.& in l.quoties,post alios col.pen.nu.
42.C.de rei vendica.vbi allegantes plures dec. dicunt,primo-
genitum posse cõsiderari ꝭm materiam subiectam ẽt illũ, qui
primò cognitus est a iure, licet non sit primus,nec maior æta-
129 te. Et † suadetur ex his, quæ dicit idem Felyn.post alios per
eũ adductos in rub.extra de maio.& obe.& in ca.veniens, in
prin.& col.fi.ex̃ de symon. ubi idem dicit respectu maioris, &
ꝭm subiectam materiam ẽt ille dr̃ maior,qui primò est cogni-
130 tus a iure,licet non sit maior ætate.Et†comprobantur ex his
quæ dicunt d. Ant. & alij doct.maximè Abb.in ca.1.extra de
paroch.uersi.ego tñ non puto, cum alijs adductis post Ange.
Aret.per Ias.in §.quædã,col.14.uersi. circa quem.insti.de act.
qui volunt,ꝙ qñ frater maior tenetur diuidere bona cõia, ita
ꝙ minor habet electionem, isto casu maior dr̃ non respectu
ætatis sed respectu maioris notitiæ, & cognitionis bonorum,
ita ꝙ si frater minor ætate haberet maiorem notitiã rerum, ip
se tenetur diuidere, nam maior dr̃ considerata materia subie-
cta.ita igitur erit in casu præsenti, vt considerata voluntate, &
dispositione testatoris primogenitura, & maioritas verificabi-
tur in ipso.d.Nico.qui adimplendo, prout adimpleuit condi-
tiones appositas per testatorem, & obseruando eius præcepta
necessariò dicetur primogenitus, & maior, hoc est a iure pri-
mò cognitus,& à testõre primò vocatus,& ipse d.Ant. nõ põt
dici nec primogenitus, nec maior: nã licet ætate sit maior, &
primogenitus,tñ ꝭm subiectam materiam,& cõsiderata men-
te testõris,quæ uerbis præferẽda est.l.nõ aliter. de lega.3.l.Pu
blius,circa fi.ff.de cond. & demon.l.cum virum. C.de fideic.
cũ aliis vulgari. nõ põt dici nec maior, nec primogenitus, ex
quo non adimpleuit cõditiones appositas a testõre, nec serua
uit eius uoluntatem, quinimò illi effectus est odiosus, & eidẽ
131 iniuriatus est, vt dictum est superius. Propter † quæ ipse do.
Ant.renunciasse vr̃ dictę maioritati, & primogeniturę, prout
in terminis est glo. & ibi doct. omnes no.in d.c.licet,extra de
uo.vbi volunt, ꝙ primogenitus, & maior non obseruans nec
adimplens voluntatem testatoris,priuatur iure primogenitu-
ræ,& ipsa hæreditate,quæ decisio absq; dubio procedit,qñ hę
reditas illi defertur iure hæreditario, vt est hic,& firmant om-
nes in d.c.licet,& Bal.in proę. decretal.& plenè tangit Marti.
Lauden.in d.trac.de primogenit.col.4.& 5. versi.quæro,an ꝑ
inobedientiã, ex quibus apertissimè patet nõ obstare superius
adducta in ꝯrium.Præterea, ꝙ ipse do.Nico.sit vocatus osten-
ditur ex alio; nam ab ipso testatore post mortem do.Constan-
tiæ fuit uocatus filius eius primogenitus,& maior non simpli
citer sed sub conditione, ita demum si assumeret cognomen,
& faceret arma testatoris, ita ꝙ non aliter censeretur substitu-
tus, nec uocatus,ut pater ex uerbis testamenti.In quo etiam te
stator voluit,ꝙ primogenitus teneretur facere prędicta.Quod
132 † verbum,teneatur, positum regulariter uim præcepti obti-
net,& obseruari debet: vt hr̃ in cle.exiui de paradiso, de verb.
sig.col.2.uersi.item ordo cõiter sensit,ꝯñr primò natus,& ma
ior nõ põt dici modo aliquo substitutus,nec uocatus a testato
re, antequam prædicta adimpleret, vt diffusè superius dictũ
est,quo fit, vt licet ipse do.Ant. sit ætate maior,& primogeni-
tus:tñ ex hoc solo nõ potest dici vocatus,nec substitutus: cum
non adimpleuerit conditiones,sub quibus vocatur primogeni
tus,& maior, vnde eo excluso, necessariò vocatus est ipse do.
Nic.qui cum adimpleuerit voluntatẽ testatoris, & cõditiones
per ipsum appositas a iure est primogenitus,uel primò cogni-
tus,& ꝯñr ꝭm subiectam materiã,stante uoluntate,& disposi-
tione testatoris,dr̃ maior & primogenitus,& ab ipso uocatus,
eo maximè, cum testator expresè priuauerit non obseruantes
eius præcepta,& voluntatẽ, & voluerit ꝙ hæreditas sua appli-
caret illis, qui eius uoluntatẽ adimpleuerint, vt supius ex plu-
133 rib.apertissimè deductũ est.Ius † enim disponit, ꝙ ille, qui
non adimpleuit excludatur, & admittatur ille, qui voluntatẽ
testatoris seruauit, ut utrunq; probatur in l.plures, cum suis
concord.C.de condi.inser.vbi Bar. & oẽs uolunt,istud proce-
dere,nedũ qñ sumus in volũtate expressa testatoris, ut est hic
134 sed ẽt qñ essemus in dubio. Et†nulli dubium est, ꝙ testator
in eadem dispositione,& eodẽ testamento potest adimere hæ-
reditatẽ illi,cui dedit,& eam ab ipso reuocare,& apponere pę-
nã priuationis ipsi inobedienti ad cõmodum, & beneficiũ al-
terius obseruantis, ut hr̃ in l.vnica. C.de his quę pę. nom.vbi
Bal.col.3.& 5.oppos.& Cor.in prin.dicunt hoc totũ depende
re a uoluntate ipsius testatoris,tam respectu priuationis, q̃ re-
spectu translationis,& etiam hr̃ per illum text.in §.fi.instit.de
lega.vbi doct.not.& est tex.& ibi tradunt Cano.in ca.Raynal-
dus,extra de testamen.& Soc.d.cõsi.221.in prin.& cõsi. 259.
vbi ẽt in subscriptione,& consi.174.col.pen.& fi.uol.2.& po-
135 nit Dec.in d.consi.273.& Cor.consi.250.uol.4.Hinc† Bal.
in l.fi.col.fi.uersic.quæro nunquid.C.de fideicom.dicit,ꝙ te-
stator potest priuare quem hæreditate, si ei non obediat dire-
ctò,uel saltim per fideic. qñ hæreditatem adiuisset,& si trans-
latio hæreditatis facta est ante aditam hæredit. prout hic fuit
tunc dr̃ fieri ipso iure,& directò ualet, ex quo hæreditas data
primo uocato sub conditione etiam ab eo censetur adempta
sub ꝯria conditione,& ꝯñr non dicit̃ data, qñ uerò translatio
fit post aditam hæreditatem,& tunc ualet iure fideicommissi,
vt dicit Soc.in rub.ff.de his quæ pę.nomi. uer.3.casu, & Cor.
in l.1.col.1.uer.nec obstat. C.eo.ti.ubi istud comprobat lege,
136 & ratione.Et†ultra eos istud expresè uult.d.Matth.Felicia.
in consi.posito in 1.uol.consi.Pau.de Cast.in ordine.259.om
nis difficultas,col.1.nu.1.& 2.& col.2.& d.Salu.de mõ. Mor.
& Abb.in consi.incip.uisis dubiis,posito inter ꝯs.Pau.de Cast.
in ordine. 197.in fi.uol.2.& Pau.de Cast. consi.292.circa pri-
mum,col.4.nu.6.uer. super uerò,uolu.2.in noua impressione
Lugduni facta,quibus in locis allegando iura,& decisiones cõ
cluditur,ꝙ testator potest priuare quẽ hæreditate, & eã trans-
ferre in alium directò, antequam sit adita, & post aditam per
137 fideicommissum. Tenet † enim pœna apposita a testato-
re,& translatio,qñ iusta & honesta: ut dicit Bar. in l.1.§.si ita,
in princi.ff.ad leg.Falci. & ad id plura cumulat Soci.consi. 4.
num.15.uol. 4. etiam si esset pœna priuationis hæreditatis,vt
per Soc.ibidem nu.17.& seq.& per Pau.de Cast.& alios in di
138 ctis consi.& per alios in aliis locis,de quibus suprà.†Quan-
do enim testator disponit,& mandat aliquid fieri, & ulterius
addit aliquid, illud additum dicitur pœna,esto ꝙ hoc non ex-
primatur a testatore,ut no.Dy.& Alb. de Rosa.in l. fi.ff.de his
quę pę.nomi.& uolunt doct.in l.vnica.C.eo.& Mode. in §.fi.
instit.de lega.col.pen.uersi.in fin.glo.& Ias. in l. talis scriptu-
ra,in prin.nu.16.de leg. 1.& quia nõ obseruans fuit priuatus
a testatore in pęnã sui, & contemplatione alterius obseruan-
tis, & adimplentis, talis appositio pœnæ & translatio fuit &
est ualida,& firma,ita ut nõ obseruans sit priuatus, & hęredi-
tas quæratur illi obseruanti,& adimplenti,cuius cõtemplatio
ne pęna fuit apposita,ut dicunt omnes in d.§.fin. inst.de lega.
& in l.vnica.C.de his q̃ pę.nomi.& firmat Soc. in rub.ff.eod.
tit,col.1.uer.2.casu,& consi.1.uersi. 6.probatur,uol.2.ex qui-
bus patet,ꝙ ipse.d.Ant.fuit expresè priuatꝰ a testatore,& uo-
139 catus ipse.d.Nic. Vlterius, † ꝙ dicta hæreditas debeatur d.
Nic.& sit illi applicanda,ostenditur,nam cum ipse d.Ant.non
paruerit conditionibus prædictis potestatiuis,& facillimis, &
non adimpleuerit uoluntatem testatoris, videt̃ noluisse habe-
re,nec cõsequi dictam successionem: ut habetur in l.1. §. præ-
termittere, uer. sub conditione.ff. si quis om. cau.testa.& per
Barto.& alios in l.is potest,in prin.uersicul.secundo modo.ff.
de acquir.hære.& bene facit in argumentum tex.in c. 1.§.præ
140 terea,quibus mod.feu.am.Recusando † enim adimplere cõ
ditiones videtur renunciare,ita ꝙ successio defertur sequenti,
& adimplenti,nec est amplius locus pœnitentiæ, ut dicit Ias.
in d.l.si is qni,col.2. num.12.& habetur in d.l.si plures.C.de
cond.inser.& tradunt alij relati per Ias.in l.2.col.2.& 3. C.de
inst.& sub.sub cond.fac.& bene facit consi.Pau.de Cast.pręal
legatum.292.col.pen.nu.4.circa fi.uol.2.ubi allegando iura,
& decisio.concludit,ꝙ instituti non seruantes conditiones, &
præcepta tradita a testatore, priuantur hæreditate, & faciunt
locũ substituto,& sequenti in gradu,& nu. 5. dicit,ꝙ per non
obseruantẽ uoluntatẽ testõris apta est uia substituto,cui est ius
q̃sitũ taliter,ꝙ nõ est locus pęnitẽtię,nec mora põt purgari.Il
141 le†.n.q ꝯuenit testõ,nõ põt se iuuare bñficio ipsius.l. cũ pr̃.
§.libertis,de lega.3. & tradit Frã.de Cur.ꝯs. 63.Antiquissima,
142 col.fi.Qñ† ẽm institutus, uel alius nõ uult parere ꝯdõnibus
sub quib.uocatus est,indubitãter admittit̃ ei substitutus,ut est
tex.in l.2.ubi oẽs no.C.d ĩst.& sub.sub ꝯd.fa.& firmat Bar.ĩ l.
* 1.col.pen.uer.quæro quid si institutus,&* cõiter omnes eum

ibi sequunt̃.ff.de vulga. & pup.maximè Soc.col.antep.versic.
circa nouã q̃onem,nu.58.vbi post alios dicit indubitãter aliũ
ſm substitutũ admitti,q̃ñ primus substitutus,seu alius p̃cedẽs
143 noluit parere conditioni,sub qua ipse est vocatus.Prout † ẽt
substitutus venit,& admittit̃ instituto repudiãte,vt dicit Bart.
in d.l.1.in 4.q.princip.in primo effectu ,ubi tenet hoc proce-
dere,licet subsistat spes, ꝙ institutus repudians possit venire p
restitutionem in integrum,non tñ propterea substitutus cessa
bit interim admitti. l. sed , & si fine.§.quod Papinianus.ff.de
* minor.& Bar.* cõiter sequuntur ibi scriben.& Mod.Pap.alle-
gantes alias decis.in l.non quocunq;.§.si ex bonis,in fin.de le-
144 ga.1.Quæ † etiã comprobantur: nam tales conditiones , ut
s̃.conclusum fuit,traditæ fuerunt pro forma, & ideo d.Anto.
contemnens eas adimplere,& sic seruare formam,dr̃ recusare
facere actum,ut habet̃ in l.nonnunquã.ff.de colla.bo.vbi tex.
dicit , ꝙ ille qui contẽnit seruare formã in petenda bonorum
possessione,videtur illã repudiare,prout etiam quia nõ præsu-
mitur aliquis approbare actum , q̃ñ non recipit,nec admittit
solennitatẽ,sub qua actus traditur,ut dicit Luc.de Pen. in l.1.
145 C.de quæstor.lib.12.Et † defectus formæ est priuatiuus fa-
cultatis, & deuolutiuus in aliũ; nam respectu omittẽtis causat
priuationẽ,& deuoluit facultatẽ in alium, ut per multa exem
pla firmat Albe.Bru.in d.tracta. de forma,fol. 48. col.3. & 4.
146 uersi.19.effectus.Et † defectus formæ est fortior,& potẽtior
q̃ defectus renunciationis; nam non obseruando formã possu
mus amittere ius,cui non possumus expresse renunciare; vt pa
tet in muliere , cui relicta sunt alimenta sub certa forma, quæ
non põt illis renunciare,nec illa remittere sine solennitate iu-
ris,& authoritate prætoris, & tñ põt illa perdere nõ obseruan
do formã,sub qua fuerunt relicta,ut tradit Guiliel.de Cun.in
l.cũ hi.§.modus,& Bal.in §.fi.in 1. lectu.ff.de trãsac. & refert,
& sequit̃ Alber.Brun.in dicto tract. fol.48.col.3.uersi.18.effe-
147 ctus.Et † magis in terminis est præallegatum consilium do.
Matth.Felicia.positum inter consilia Pau.de Cast.in 1.uol. in
ordine.259.col.1.n.1.vbi vult,ꝙ institutio alicuius nõ obser-
uantis uoluntatem testa.nec parentis,nec adimplentis condi-
tiones, & præcepta per testatorẽ tradita , pp talem inobedien-
tiam reducitur ad causam caduci, taliter ꝙ sicut hæres priuat̃
propter monitionem iudicis,ita priuabitur pp monitionem te
statoris,secuta inobedientia ipsius hæredis,& hæreditas trans-
fertur in alium secundò uocatum a testatore , & hoc pluribus
aliis rõnibus firmat,col.2.circa principium,& circa medium.
148 Et † in versicu.& sic ex ui verborum,ubi probat, ꝙ institutio
propter non obseruantiam , & inobedientiã efficitur caduca,
ita ꝙ venit alius substitutus, etiam si hæreditas esset adita per
institutum,& col.3.uer.quæ verba,dicit, ꝙ in casu talis renun
ciationis,quę fit per nõ obseruantem , admittitur substitutus,
etiam quocunq; alio modo excludat̃ institutus, uel facto suo,
uel quia mortuus est, uel alio modo institutio sua sit facta in-
efficax,& sine effectu, subdens istud procedere nedũ in renun
ciatione expressa,sed ẽt in tacita, quæ inducitur modis prædi-
ctis per inobedientiam, & non adimplendo voluntatem testa-
149 toris,& cõditiones,& præcepta per ipsum tradita.Cũ † enim
primus substitut⁹ subducitur de medio quoquo modo, tũc se
cundus substitutus efficit̃ primus , & admittitur ad successio-
nem.l.cohęredi,in prin.ff.de vulg. & pup. & p Bar.in l.q̃ diu,
in fine,la grande.ff.de acqu.hęre.& firmat Pau.de Cast.addu-
150 cens alia iura,in consi.267.viuentibus,nu.2.vol.2.Et † ꝙ in
stitutio,& substitutio propter nõ obseruantiam,& inobedien-
tiam efficiatur caduca, ẽt post aditam hæreditatẽ,ita ꝙ inobe-
diens,& non obseruans priuetur hæreditate, vlteriusq; etiam
teneatur ad restitutionem fructuum medio tẽpore percepto-
rum,firmat do.Salust.de monte Mor.in d.suo consi.297.in fi.
posito inter consi.Pau.de Cast.in 2.par. cui cons.se subscripsit
Abb.ex quibus infertur firma cõclusio,ꝙ ipse.d.Ant. amplius
nõ sit in consideratione: cum non adimpleuerit, nec obserua-
uerit voluntatem testatoris,& cõditiones ab eo traditas , pro-
pter quę tali successioni dr̃ renunciasse, quam renũciationem
licet uerbo non fecerit, tñ facto,& re ipsa eam declarauit . Nõ
151 † minus.n.re,& facto,q̃ uerbis voluntas ipsa declaratur , vt
est tex.in l. Paulus.ff.rem rat. habe. & in l.reprehendenda.C.
152 de impu.& al.subst.& in l.de quibus,circa fi.ff.de legi.Et † ta
lis tacita renunciatio ad exclusionem ipsius.d.Ant. ęquiparat̃
morti,& operat̃,ut secundogenitus.d.Constantiæ, & ꝯñr ipse
d.Nic.ad dictã hęreditatẽ admittat̃ perinde ac si ipse.d.Anto.
esset mortuus,cũ iste casus repudiationis,nedũ expresse,sed ẽt
tacitè inductæ,p cursum tpis,& non adimplendo cõditiones,
& pp inobedientiã aperiat , & ꝯcedat successionẽ sequenti in
gradu , ut hr̃ in l.1. §. quib.& ibi not.gl.& doc.ff.de successo.
edic.& ẽt hr̃ in l.3.in fi.& l.seq.ff.de bo.pos.tit. gñali,& p glo.
& doc.in l.unica.C.q̃ñ nõ peten.par. & in l.1.§.cũ aũt,& ver.
seq.C.de cadu.tol.& plenius ista firmant̃ p oẽs scrib.in l.1.C.
153 qui admi.vbi allegant concor.Et † ẽt ꝯprobant̃,nã ista renun
ciatio tacita,q̃ inducit̃ ꝯ.l. p lapsum tpis , uel pp inobedientiã,
& nõ adimplendo uoluntatẽ testõris p̃iudicat,& magis exclu-
dit,q̃ renunciatio,uel repudiatio expressa, ut dicit glo.Bald.&
alij in l.si emancipata.C.de iu.& fac.igno.& Pau. & Bal.in l.si
quis.ff.de iu.delib.& Pau.& Alex.in l.fi.C.de repu.hære.cum
aliis cumulatis per Ias.in d.l.si emancipata,nu.3.& p eundem
154 in l.si ꝯstãte,in prin.nu.157.ff.sol.mat.Et † ꝙ sufficiat ista ta-
cita renunciatio inducta pp inobedientiã, & in non adimplen
do,est in terminis ꝯsi.præallegatũ.d.Matth.Felic.ferè p totum
& max.col.3.& aliud ꝯs.d.Salust.in fi.& ꝯsi.Pau.de Cast.p̃alle
gatum.292.uol.2.nu.4. & aliud eiusdẽ Pau. in e.uol. 267.&
aliud ꝯsi.eiusdẽ.221.Anteq̃ ueniam,nu.3.& 4.in 2.parte.Vbi
155 † uult,ꝙ hæres ꝯ̃ueniendo priuat̃ hr̃ditate,& hr̃ditas appli-
cat̃ substituto uulgari, ut propriè est hic , & statim declarabo.
¶ Nec p̃dictis hẽt obstare,si ex aduerso diceret̃,ꝙ hr̃ditas p̃di-
cta adhuc non spectat ad ipsum.d. Nic. qui ad eã fuit uocatus
post mortẽ. d. Ant.& post mortẽ primogeniti.d.Cõstantiæ; vt
patet ex uerbis testĩ , ibi , & deficientib. filiis masculis primo-
genitis,succedãt secũdogeniti, & successiuè oẽs alij vsq; in infi
nitũ,q̃ ꝯditio mortis primogeniti,sub qua.d.Nic.secundogeni
tus uocatur, minimè est adimpleta,cũ d. Ant.adhuc viuat. Et
156 natura ꝯditionis est, ut suspendat actũ & dispositionẽ, ita ꝙ
dies illius non dicat̃ uenisse , nec cessisse ꝯditione pendente.l.
cedere diem.ff.de uer.sig.l.unica.§.sin aũt ad deficientis.C.de
157 cad.tol.Et † certissimũ est, anteq̃ dies fideicõmissi cedat fidei
cõmissariũ nõ posse succedere , nec ad fideicõmissum venire,
vt tradit̃ in l.3.& in l.cũ filiofa.ff.q̃ñ di.leg. ced.& C.eo.tit.&
158 tradit̃ per totũ.ff.ut lega. seu fideic.no. caue. Illa † .n.verba,
deficientib. primogenitis , intelligi debent,i.morientib.ut est
tex.iuncta gl.in uer.deficiẽtis,in §.hinc nobis, in auth.de hær.
159 & falc.Et † uocatus post mortem alicuius, nõ põt uenire illo
viuente,ut hr̃ in l.peculium.§.fi.de leg.2. & ibi no.Bar.in fin.
& in l.si cũ hæres , in fi.ff.q̃ñ dies leg.ced. & in l.hæres meus,
in prin.ff.de cond.& demon.¶ Hæc obiectio tollitur ex pluri-
bus, & primò;quia illa uer.deficientib. primogenitis,non p̃nt
uerificari in ipso. d. Ant.qui in præsenti casu nõ est primoge-
nitus,ut plenissimè superius fuit deductum: tũc enim in ipso
potuissent uerificari, q̃ñ obseruasset uoluntatẽ testõris,& fuis-
set illi obediens,adimplendo ꝯditiones p ipsum traditas, quo
casu censeret̃ fuisse uocatus,& si postmodũ deficeret, illa uer-
ba possent in eo uerificari: sed quia ipse non fuit nec uocatus,
nec substitutus a testõre,qui expresse uoluit,ꝙ tunc demũ pri
mogenitus.d.Constantiæ esset substitutus,si assumeret nomen
suæ familiæ,& faceret eius arma, & nõ aliter censeretur substi
tutus,& uocatus, meritò ipse d. Ant. nõ põt dici isto casu pri-
mogenitus,nec substitutus,nec uocatus,& ideo dicta uer.defi
ciẽtib.&c.mõ aliquo nõ p̃nt in eo uerificari , sunt.n.priuatiua
casu,quo primogenit⁹ uerè fuisset substitutus,& postmodũ de
160 cederet. Et † priuatio p̃supponit habitũ.l.manũmissiones.ff.
de iust.& iu.l. decẽ.ff.de solu. & talis habitus nũq̃ fuit in ipso
d.Ant. q̃a uerè pp sui inobediẽtiã nõ fuit nec uocatus,nec sub
stitut⁹, necessariò dicta uer. deficiẽtib.&c.priuatiua,nõ p̃nt il
li ꝯuenire, nec in eius p̃sona locum habere,ꝯñr obiectio reddi
161 tur uana,& nulla. Prout † ẽt secũdò tollit̃;q̃m in p̃senti casu
ipse d.Nic.dr̃ primogenitus. d. Cõstantiæ,ut s̃.dictum est, &
ꝯñr ipse dicitur substitutus post mortẽ.d.Constantiæ,& uoca-
tus ab ipso testatore, nec põt dici substitutus ipsius. do.Anto.
qui nunquàm fuit uocatus,nec a testatore cognitus,nisi respe
ctu substitutionis uulgaris per caput impotẽtiæ , ut statim di-
cam,ꝯñr cum persona d.Ant.non sit in consideratione,ipse d.
Nic.uenit non tanquam secundogenitus,sed tanquam primo
genitus,& primò uocatus a testatore,ut ostensum est, ꝯñr illa
uer.deficientib.primogenitis, nihil obstabunt ipsi.d.Nic.cum
respectu personæ. d.Anto. non possunt esse in consideratione
prout & tertiò tollitur obiectio , nam siquis uellet adaptare
dicta

dicta ver.deficientibus &c. in personã. d. Ant.adhuc eo uiuo
hæreditas debetur ipsi d.Nic.nã considerando materiã subie-
ctam præsentẽ, & mentẽ & voluntatẽ testatoris,ly.uerba, defi
cientibus &c.verificant uiuente. d.Ant.qui in vita dicitur de-
162 cessisse.Verbum † .n. istud,deficio,ſm grãmaticos deriuat a
de,quod est minus,& facio,nã qui minus facit,deficere dr̃, &
ſm antiquã grãmaticam dicebat,deficiat ꝓ deficiat,quod ca-
piebatur pro cessare,vt est tex.in l.2.ff.si quis aliq.testa.prohi.
163 Et † deficere ille dr̃,qui desistit a voluntate,& imperio alicu
ius,cui obedire tenebat,ut est tex.in l.amissione.§. q deficiũt.
ff.de capi.dimi.& tradit Alb.& Rol.in dictio. in ver.deficere,
& in ver.deficiẽs,in fine,vbi vult,ꝙ deficere dr̃,qui recedit ab
innocentia c.sunt nonnulli.47.4.dist. ita, & qui recedit a vo-
164 luntate,& præcepto alterius.Et † ꝯñr cum tale uerbũ,defice
re,in iure diuersimodè capiat,ſm subiectã materiã,capi debet
eo modo,quo est aptius rei, quę geritur. l. quoties idẽ sermo.
ff.de reg.iur.l.in ambigua. ff.de legib. l. quoties in stipulatio-
nibus,ff.de uerb.obl.& faciunt q̃ tradũtur in l.si uno,in prin.
ff.loca.& in l.si olei.C.eodẽ,cũ aliis plenè cumulatis p Mode.
in l.sed, & si possessori. §. itẽ si iurauero.ff.de iur.iur. & mens
testatoris apertissimè indicat,vt dicta verba,deficiente primo-
genito &c. debeant intelligi nõ solùm si primogenitus fuisset
mortuus, sed ẽt ipso, & non adimplente voluntatẽ testatoris,
165 nam ẽt hoc modo dr̃ deficere,vt dictũ est.Verba † .n. debẽt
deseruire menti,& intentioni proferentis.l.Labeo, uersiculo,
non enim, & ibi gl. in uersi.ex cõi usu.ff.de supel.lega.& not.
Bar.per illum tex.in l.cum pater.§.dulcissimis,de leg. 2.& tra
ditur in l.cõditionibus primũ locũ,& in l. Publius. circa fi.ff.
de condi.& demon. & in l.cũ virũ.C.de fideic. & intentio te-
statoris enixa totaliter fuit, ꝙ primogenitus cognominaret se
de domo de Diana,& faceret eius arma,& ꝙ aliter nõ succede
ret,nec esset substitutus;ut apertissimè probant uerba. d.testa-
menti pluries repetita, quæ pro lege debent seruari, uulga. §.
166 disponat,in auct.de nup. Tum † quia sunt negatiua,ut s̃.di
ctum est; tum ẽt quia rõne subiectæ materiæ resoluuntur ad
illud,ac si dictũ esset,ista est mea voluntas, ut plenè tradit Ias.
167 in l.1.num.9.ff.de iust.& iu. Tum † ẽt quia uerba testatoris
sunt sumenda,intelligenda,& interpretanda, prout ipse testa-
tor existimabat, uel opinabat, & nõ prout denotat proprietas
eorũ,ut tradit Pau.de Cast.in l. quo loco.§.1. circa principiũ.
ff.de hære. inst. Tũ ẽt quia ipse testõr sæpe sæpius hoc expres-
sit,ꝙ nõ aliter primogenitus esset substitutus, nisi adimpleret
ꝑdictas ꝯdõnes,& geminatio multũ operat, ut dictũ est, tum
ẽt qa ipse testator voluit, ꝙ ꝯ̃faciens non esset hæres, & ꝙ sua
hæreditas perueniret ad illum, qui eius uolũtatẽ adimpleret,
168 vt plenè superius dictũ est.Et † quia dispositio testatoris de
claratur ex cã,& rõne, quę colligi põt ex eius uerbis,& mente
quib.motus fuit ad ita disponẽdum,ut tradit Bart.in d.l.cum
pr̃.§. dulcissimis, & in l.regula.§. & licet.ff.de iur.& fac.ign.
quibus attentis,necessariò sequitur,ꝙ illa uerba,deficientibus
primogenitis, verificantur viuente. d.Ant.q defecisse dr̃ a di-
cta successione,& a voluntate ipsius testatoris nõ adimplendo
conditiones, & committendo inobedientiam,pp quæ aperta
fuit uia succedendi ipsi. d. Nico. vt ad saturitatẽ superius de-
169 ductum est.Et † suadetur etiam, nã si dicta uerba solũ veri-
ficarentur post mortẽ. d.Ant.& non eo viuẽte,sequeret quod
dam absurdissimum, ꝙ ipse toto tẽpore vitæ suę esset hæres,&
perciperet fructus,& commodũ hæreditatis & nullam patere
tur pęnam, ex eo quia fuit inobediens testatori,& illi iniurias
intulit,nec seruauit eius uoluntatem,nec cõditiones adimple
uit,quod minimè est dicẽdum; cũ penitus in ꝯ̃rium appareat
enixa volũtas testatoris,quæ debet esse ualida,& firma, & nõ
frustratoria, & ludibrio, quib. ꝯsideratis ipse.d.Nico.viuente
d.Ant.priuato, vt s̃.venire debet ad dictã successionẽ,& hære
ditatem,cum dicta substitutio in personam Anto. fuerit facta
caduca,ut supra cõclusum est, & satis fuit ipsi.d.Nico.apertã
fuisse uiam ad dictam successionẽ excluso.d.Anto.nedum per
mortẽ,sed quocunq; alio mõ,ut firmat Pau.de Cast.in d.con-
si.267.nu.2.in 2.parte,& d.Salus.& Abb.in d.ꝯsil.297. circa
fi.& Pau.de Cast.ꝯsi.292.nu.4.& 5.uol.2.& diffusius d. Mat-
th.Felicia.in d.consi.269.posito vt s̃.col.3. ubi apertè conclu
dit uenire substitutum, nedũ qñ sibi aperta est uia per mortẽ
naturalem instituti,sed ẽt per renunciationem nedum expres-
sam sed tacitã, uel qñ primus exclusus est quocunq; alio mõ

170 Prout † ẽt obiectio tollit ex alio.nam licet.d.Nico.diceretur
substitutus ipsius.d.Ant.pp illa uerba,deficientib.primogeni-
tis,tñ talis substitutio fuit, & est cõpendiosa: quia ꝯcepta post
mortẽ,ut tradit gl.magna,& ibi doct.oẽs not. in l.in testõ. C.
de testa.mil.& tradũt oẽs in l.cẽturio.ff.de vulga.& pup.& in
171 l.precibus.C.eo. Et † quia facta apparet sine ꝑfinitione tpis,
& sic indefinitè.ut tradit Iaso.in l.uerbis ciuilibus, nu.1.ff.de
uulg.& pu.& ẽt quia testõr in infinitũ uoluit dictã substitutio
nẽ hr̃e locũ,qđ quidem uerbũ plura complectit tpa, ut no.in
d.l.precibus, & in d.l. centurio,& in c.si pater.de testam.lib.
172 6.& in c.Raynaldus,& in c.Raynutius.eo.tit.in antiq.Et † ẽt
quia facta est per verbum succedat, quod cõe est.l.restituta.§.
fi.ff.ad Treb.& in d.c.Raynutius.& ponit Barto.in d.l.centu-
rio,col.fi.uersic. 5. dubitatur, & ibi Mod.allegantes concord.
173 quibus † stantibus talis compendiosa facta per uerbũ cõe,
in se continet uulgarẽ,ut dicit Bar.in d.l.centurio, col.9.uer.
quæro vtrũ in compendiosa, & ibi Alex.car.pen.uersi.item in
quantum Bar.dicens ꝙ doc. cõiter ita tenent,& alij Mode.ibi
idem sequunt,& firmat Pau. de Cast. consi.86.nu.1.& consi.
152.præsens dubium,nu.2.vol.1.& Alex.consi.1.col.1.& ꝯs.
121.viso,col.1.uol.1.& consi.77.nu.2.& cõs. 202. nu.5.uol.
6.& alij quamplures relati per Dec.cõsi.25.nu.5.& consi.14.
in testamẽto,nu.6.& 7. in istis nouiter impressis,& ponit An-
174 ge.consi.204. in fi. Et † certissimum est,ꝙ uulgaris cõtenta,
& comprehensa in ista compendiosa licet appareat facta in ca
su impotentiæ mediante morte, tñ comprehendit casum vo-
lũtatis,& repudiationis,si institutus voluerit esse hęres, ut tra
dit Bar.quẽ oẽs ibi sequuntur,allegantes concor.in l.1.in 2.q.
175 prin.col.3.& 4.ff.de uulga. & pupil.Nam † vulgaris ꝯcepta
in unũ casum extendit ad alium,immo ad omnes, quib.insti-
tutus non põt esse hæres;ut tradunt oẽs in l. Gallus.§.& quid
si tm̃.ff.de lib.& posth.& plura cumulat Franc.de Cur.ꝯs.76.
And.de Casano,col.pe. & fi.& in propriis terminis nostris est
consi.Pau.de Cast.81.dubitatio uertitur,col.1.nu.1.& 2.vol.
1.ubi allegando iura,& rõnes concludit, ꝙ sub compendiosa
cõtinetur uulgaris,quæ licet sit concepta in casu mortis & ad
tempus,quo decesserit institutus, tñ extẽditur ad casum, quo
institutus repudiauit,uel alio modo esset exclusus,quod consi
lium ad unguem determinat dubitationẽ præsentem, ex qui-
bus apertissimè apparet,dictam hæreditatem spectare do.Ni-
co.etiã viuẽte. d.Anto.qui multipliciter ab ea fuit exclusus,&
eius institutio, seu substitutio, ipso viuẽte effecta fuit caduca,
ut ad saturitatem superius ostensum fuit.¶Postremò sequitur
ut adducta per Excellentissimos Consultores.d.Anto.replicẽ,
& illis ueram responsionem accomodem,& primò,inquantũ
dicebãt, ꝙ ipse.d.Ant. est primogenitus, & primò uocatus,&
eo uiuente ego Nic. uideor exclusus,dum uocatus appareo eo
deficiente, & sic post mortem suã. dico & respondeo,ista ni-
hil obstare;tum quia ipse d.Nico. est primogenitus, & primò
uocatus ab ipso testatore,& primò cognitus a iure;tum etiam
quia ipse.d. Ant. nunquã fuit substitutus a testatore,cui iniu-
riã intulit,& inobediens fuit,& cuius præcepta, & uoluntatẽ
nõ adimpleuit,nec seruauit, & cuius hæreditati uoluntariè re
nunciauit, non adimplendo ꝯditiones per testatorẽ appositas
pp quæ defecit ab eius voluntate, & ꝯñr a dicta successione,q̃
omni iure ad d.Nic.fuit transmissa,& translata, ut ex plurib.
ꝯñsum fuit in p̃ced.ubi ad unguẽ ista, & copiosè discussa sũt.
Scđò dũ isti dñt,ꝙ.d.Nic.non dr̃ uocatus stantib. filijs ipsius.
d.Ant.qui vñr excludere substitutũ ipsi d.Ant.l.cũ auus.cum
ꝯcord.ff.de ꝯdi.& dem. rñdetur, istud nihil obstare ex pluri-
176 bus p me superius adductis in 5.art.Tertiò † dum dñt,ꝙ ip
se Ant.semel fuit hęres,ꝯñr nõ potuit desinere esse hęres,& sic
dicta hęreditas nõ potuit ad d.Nic.trãsferri.l.& si fi.§.sed qđ
Papinianus,in fi.ff.de min.nec testõr potuit facere translatio-
nẽ dictę hr̃ditatis ad d.Nic.arg.l.nemo põt.ff.de leg.1.& corũ
quæ hñt in l.hr̃ditas ad diẽ.ff.de hæred. inst. & in l.extraneũ.
177 C.eod.tit. Rñdetur † multipliciter,ꝙ añ aditã hr̃ditatem te
stator bñ potuit hoc facere directò,post uerò aditã hr̃ditatem
potuit hoc facere utiliter per fideicommissum; ut tradũt Bar.
Ang.& alij in d.l.hr̃ditas,& Bal.& alij. in d.l.ex̃neũ,& melius
idẽ Bal.Cor.& Mod.in l.1.C.de his quę pęnę nomi. & Soc.in
rub.ff.eo.tit.& superius in præcedenti art. plenè dixi allegan-
178 do alias decisio. Et † punctaliter hanc obiectionem tollit d.
Salu.de monte Morci.& Abb.in consi.197.posito inter cons.

Pau.de Cast. vol. 2.in fi.& clarius,& diffusius d.Matthe.Felicia.in suo consi.249.col.1.& pen.& ferè per totũ posito inter ꝯs.Pau.de Cast.in 1.uol.vbi volunt, ꝙ hęres inobediẽs p̃ceptis testatoris,& nõ parens eius mãdato priuat̃ hæreditate,& desinit esse hæres pp pœnã inobediẽtiæ, ita ꝙ hæreditas transfert̃
179 in aliũ.2.loco uocatũ ab ipso testatore. Et † l.& si fine.§.sed ꝙ Papianianus.procedit, qñ adest solus cursus tpis: nam ex eo solo ille, qui semel fuit hæres, nõ desinit esse hæres, secus qñ est inobediens,ad quod faciũt,quæ habent̃ in §.fi.instit.de lega.& ẽt ea quæ vult Soc.in l.mutianæ,col.fi.ff.de cond. & demonst.vbi dicit, ꝙ ex dispositione legis,qui fuit hæres, desinit esse hæres; vt traditur in l.in substitutione.ff.de vulga.& pupilla.& in auct. hoc amplius. C. de fideicommiss.quæ bene adaptantur ad casum præsentẽ,in quo lex priuat ipsum d.Ant.inobedientẽ,& non obseruantẽ, nec adimplentẽ voluntatem & præcepta testatoris ; vt diffusè dictum est.s̃.in 3.& 4.ac.7.art.
180 ¶† Quartò dum ex aduerso adducit̃, ꝙ ipse d. Ant.nõ debet priuari,licet non assumpserit nomen de Diana, & non fecerit arma ipsius testatoris,nam omissio prædictorũ, & illa non adimplere, vr̃ esse q̃d leue,& modicũ, quo fit; vt non adimplens ea priuandus non veniat,sicuti in simi.dicimus, ꝙ qñ solennitas,seu forma est leuis,omissio ipsius non vitiat, ut tradit Bar. per illum tex.in l.1.in fi.ff.de ven.inspic.& gl.fi. & ibi Saly.in l.rem non nouam.C.de iudic.& ẽt not.Bar.in auct. vt præpo. no.Impera.& in l.si quis ex argentariis.§.si initium,col.4.uer. 1.dixi.ff.de eden.& in l.fi.in prin.& ibi not.Alex. col.fi.C. de iu.deli.& idem Alex.in rub.col.4.ff.de oper.no.nun.& tradũt
181 scriben.in l.1.ff.de lib.& posth.Respondetur,† ꝙ tale pręceptũ testatoris fuit honestum,facile, & uoluntarium,& traditũ pro forma,& tendens ad conseruandum honorẽ, & memoriã testatoris, ꝯñr animo debebat adimpleri ; ut disponunt multa iura,& decisio.superius adductæ,in 2. & 3.articulo principali.Et ipse d.Ant. omiserit illa adimplere, meritò fuit priuatus ipsa hæreditate, vt fuit dictum superius in quarto, & septimo
182 articulo principali.Et † tale præceptum induxit formam, & solennitatẽ non leuẽ,quinimmò substantialẽ, ex quo tale p̃ceptum,& cõditio ante actum originatum, & inceptũ dabat totum esse, & substantiam substitutioni factæ in fauorẽ ipsius d. Antonij,quę non potuit recipere, nec habere effectũ,nisi ipse Ant.adimpleret prędicta: vt plenissimè fuit deductum supius
183 ĩ primo,& 2.articulo principali. Quo†fit, ut necessariò tale pręceptũ, & conditio iuduxerit formam substantialem, ut latè tradit Fely. in c. cum dilecta,col.6.extra de rescri.& ẽt not. Ias.in l.vniuersa.col.3.uer.2. principaliter. C.de preci.Imper. offe. sicuti enim se habet forma substãtialis in rebus naturalibus,ut ipsa posita sequatur esse ipsius rei, & ea remota sequat̃ non esse,sic in casu nostro se hẽt ista forma.Nã si d.Ant.obseruasset voluntatem testatoris consecutus fuisset hæreditatẽ, nõ aũt obseruando,nec adimplendo, sequit̃, ꝙ ipse non dicat̃ esse substitutus,& ꝯñr priuatio hęreditatis,quæ hæreditas translata fuit in ipsum.d.Nico.adimplentem uoluntatem testõris, ut
184 dictum est in præcedentibus. Quę † etiã suadetur,qm̃ tale pręceptum traditum fuit conditionaliter,quo casu nõ dicitur tradi pro leui forma,cum conditiones importent cãm finalẽ: vt tradit Fel.in d.c.cum dilecta,col. 6.ver.2.signum,& Alber. Bru.in d.tract.de forma,fol.36.col.1.in 11.conclus. ubi allegando rõnes,& decis.volũt, ꝙ qñ aliquid per viam cõditionis, traditur illud inducit formã,quę non dicitur leuis,immo eius omissio penitus vitiat,& ideo Bar. in l.Stichum,qui meus erit de leg.1.dum declarat.l.ƒm,& l.talẽ.§.1.ff.de hære.instit.concludit, ꝙ qñ adiectio conditionis cõcernit aliquid,in quo cõsistat substantia dispositionis,tunc eius defectus oĩo uitiat,& ita punctaliter est hic,ex quo tale præceptum, & cõditio con-
185 cernit substantiam substitutionis ipsius d.Ant.Quę † etiam cõprobantur ex his,quæ tradit Fely.in d.c.cum dilecta,col.6. vbi allegando alios uult, ꝙ forma substantialis est illa, q̃ debet præcedere actum, uel quæ potest contemporaneè concurrere cum ipso actu,& ita erit ista, ex quo ipse do.Anto.debuit assumere cognomen,& facere arma,anteq̃ declararet se hæredem, uel fideicommissarium, ut dictum fuit superius in primo. 2.
186 3.4.5.& 6.articulo.Prout † etiã obiectio tollitur, nam licet regulariter leuia non censeantur tradita pro forma necessaria taliter, ꝙ ipsorum omissio non uitiat, ut traditur in iuribus & decisio.s̃. in contrarium adductis,tñ illud fallit, qñ constaret

de mẽte testõris uolentis talia leuia necessariò adhiberi, & obseruari: nã tunc censet̃ tradita pro forma,& debent necessariò adimpleri,ita ꝙ ipsorũ omissio uitiat: ut dicit Bal. in l.1.ff.de
* lib.& posthu. quem ibi sequit̃ Imo.Pau.de Cast.&*cõiter alij scriben.& idẽ uult Imo.Alex.& Aret.in l.2.§.prius.ff.de uulg. & pup.& Alex.in d.l.fi.in prin.col.fi. C.de iu. delib.& Cardi. Imo.& Fel.in d.c.cum dilectã, & Fely.in c.super eo.de test.co
187 gen.& tradit Rom.cõsi.402.in proposita qõne. Et † de mente testatoris, ꝙ uoluerit talem solennitatem oĩno adhiberi, uel haberi pro graui,satis dicitur constare,si procedit ultra annulando actum non seruata illa solennitate,ƒm Bal.Imo. Pau.de Cast.& alios Mod.in d.l.1. & Roma.in d.consi. 402. & ita est in casu præsenti,ubi testator disposuit, non aliter.d. Ant.posse esse hæredẽ,seu substitutum, q̃ si seruasset,& adimpleuisset dictum præceptum,& conditiones procedendo ulterius ad priuationem in casu,quo non adimpleret, & obseruaret in trans-
188 ferendo suam hæreditatẽ in ipsum d.Nic. Et†tali formæ traditæ nihil debet addi, nec minui,ex quo ad unguẽ, & pręcisè debet obseruari: ut dicit Bal. in l.fi.col.2. uer.ex hoc elicitur. C.de suis,& legit.& Ias.in l.hæc uerba,col.5. in fine,uer. nam
189 forma adeo,de leg.primo.Et† ꝙ ĩstitutus, seu substitutus nõ adimplẽs tale pręceptũ,licet esset leue, debeat priuari magno commodo totius hęreditatis, expresè firmat Pau.de Castr.in d.consi.192. in 2.uol.nu. 6.ad quod propriè in terminis nr̃is sunt iura,decisiones,& consi.superius adducta in secundo arti-
190 culo principali,quę videri pñt. ¶†Quintò ꝯ.d.Nic.adducit̃: nam sumus in ultimis uoluntatibus, in quibus siue sit cœptũ a cõdõne,siue a dispositione, grauatus aliquid facere, incurrit pęnam,si illud non fecit illico,& q̃ primum potuit facere, ex quo committitur pęna illico, ꝙ fuit cessatũ;ut hr̃ in l.ita stipulatus,la grande.uer.Sabinus, & uer.seq.ff.de uer. obl. Tamen
191 † istud intelligitur procedere,si interuenerit interpellatio,q̃ isto casu vr̃ necessaria, per l.penum.ff.qñ dies lega. ced.& per l.fideiussor obligari.§. fin.ff.de fideiusso. per quæ iura ita dicit Bar.in d.l.ita stipulatus,col.11.uer.7.oppono,& col.pen.in 6. q.principali,asserens hanc esse ueritatẽ, sequendo gl.primã in fine,in d.l.ita stipulatus, quam sequitur Alex.ibi col.6. & col. 14.uer.sed dubiũ,& notat etiã Bar.in l.1.§.si ita,in 2.oppo.ff. ad leg.Fal.& plenè tangit Dec.consi.2.nu.3.& est decisio cõsi. Neap.370.tria dubia,in 2.dub. & quia nõ apparet,ipsum do. Ant.aliter fuisse interpellatum, meritò licet non fecerit arma testatoris,nec assumpserit eius cognomen, q̃ primum potuit,
192 non propterea uenit priuandus dicta successione.Prout † & 6.ista confirmantur:nã ad hoc ut ipse.d.Ant.esset priuatus dicta hæreditate; eo quia non adimpleuit uoluntatẽ testatoris, necessaria erat monitio,ut illã adimpleret, & necessariò debebat p̃cedere;& qm̃ ista non apparent interuenisse, vr̃ ꝙ non sit priuandus,per tex.in auct. hoc amplius.C. de fideicõ.ubi oẽs hoc not.& est tex.in auct.de hære.& Fal. §.si quis autẽ. ubi ẽt no.oẽs post gl.& tradit Inn.& Io.And. quos alij sequuntur in c.extirpandæ. §. quia uerò, de conces.præben. & etiam ponit Alex.in d.l.ita stipulatus,col.4.& Aret. & alij ibidem,& Dec.
193 in d.consi.2.nu.3.Præterea † ad idem, & 7.addducit̃,mors d. Constantiæ purificauit fideicommissum conditionale,ut dictum fuit in primo articulo,& ideo aduentus dictæ conditionis non constituit ipsum do.Ant.in mora, ut dicit Bar. & magis communiter omnes in l.quoties in diem.ff.de uerb.oblig.
194 & idem Bar.in d.l.ita stipulatus, in 3.q.principali. † Pariter si consideramus mortem.d.Constantiæ,ut diem incertam,aduentus talis diei non cõstituit eundem.d.Ant.in mora,ut plenè tangit Bar.in d.l.ita stipulatus,in 2.q.principali,col.6.uer. si uerò dies,& Aret.ibi col. 5.uersi.circa.2.& idem Bart.in l.si insulam,col.2.in 4. oppo. eo.tit. & Dec.in d.consi.2.nu.5.& ista procedunt ea ratione: qm̃ non est conueniens, ꝙ eodẽ momento purificetur,& ueniat conditio,uel certificetur dies, &
14 cõs.269.consultus ab Illustri, col.pe.nu.15.uol.2.Est† bñ uerum, ꝙ multi tenuerunt ɔ̃rium, ut fuit Cy.in d. l. iubemus, in 1.oppos.& Cuma.in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uul.& pup. & alij adducti per Alex.in d.l.Marcell.in prin.& per Ant.Corset.in tract.de pot.reg.q.73.car.23.& 25. ubi dicit hanc opi. esse magis cõem,& eam secuti sunt alii, quos refert Pau.Pic.in repe.l.in quartam.ff.ad legem Fal.char.antep.& pen.ubi dicit hanc opinio.Cy. uideri magis cõem, tñ quod in puncto iuris opinio Bal.est uerior,& magis æqua, quam ipse sequitur,& tenet, comprobando multis mediis,& rñdendo omnib. ɔ̃riis, q̃ adducuntur pro opi.Cy.& sequac. & potissimè quia fauẽdum est filiis maximè in dubiis opi.ut patet in l.scripto, in fi. ff.uñ libe.iun.l.& si parentib.ff.de inoffi.testõ,& bene facit tex.in l. nihil.§.nunquid prætor.ff.de bon.liber.& ne filii paterna hæreditate nimium rigorosè priuarentur, prætores sæpenumero rigores iuris ciuilis emendarunt,& correxerunt, ut patet in §. emancipatis.inst.de hære.quæ ab intesta.& in l.1. & per totũ. ff.de bon.pos.contratabu.& institu.de bonorum possessio. in
15 princ. Item† facit, nam opinio æqua,& uerior,& fulcita optimis rõnib.& iurib.amplectenda est iudicando,& consulendo, ut per Felynum & Dec.post Abbatem & alios in ca.1.extra de const.facit etiam pro opi.Bal.tex.in d.l.iubemus, qui per iura
16 nouissima non reperitur clarè correctus.Facit† etiam ualde,& stringit illud, quod communiter * ab omnib.tenetur, nam filiis primi gradus non imputantur fructus in quartam etiam Trebellianicam taliter, ꝙ testator non potest disponere, quòd fructus tales imputentur.d.l.iubemus, quæ in hoc non est correcta, & istud est speciale priuilegium concessum filiis primi gradus, ut no.in d.l.iubemus, iun.d.l.fideicommissariam. Vn-
17 de† licet lex de nouo superueniat,& generaliter dicat, Trebellianicam posse prohiberi, tamen d. lex ita generaliter loquens nõ debet tollere istud priuilegium datum filiis primi gradus, ex quo de illo non est facta specialis mentio, ut requiritur, & est tex.cum glo.in l.3.C.de silentiar.lib.12.no. Bald.in l. cum plures.C.de sac.san.eccl.& Alex.consi. 101. uol.1.& ɔ̃s. 217. uolu.2. unde stante isto pro firmo, ut stat, ꝙ filii primi gradus habeant hoc priuilegium, ſm ꝙ tenuere communiter Docto. relati per Pau.Pic.in repeti.d.l.in quartam, cart. antepe.col.1. uer.multas alias q.& car.fi.col.1.sequitur necessariò, ꝙ etiam dicti filii habeant hoc priuilegium, quoad prohibitionem Trebell.& ꝙ in ea adhuc duret ius cõmune antiquum, quo testator non poterat prohibere, quod aliàs si non duraret, censere-
18 tur sublatum,& sic opi.Bal.uidetur indistinctè uera. Nec† ob. illud, quod dicit Soc. in d.l. Marcell. quòd non potest inferri de fructibus ad Trebellianicã, declarando ut per eum, ex quo nihil uñr habere commune, nam dictum suum procederet, quando inciperemus a fructibus affirmatiuè hoc modo, testator potest facere, ut fructus imputentur, ergo & prohibere, itẽ quando inciperemus a Trebellianica negatiuè, hoc mõ, quia Trebellianica olim non poterat prohiberi, & tamen fructus imputabantur.d.l.in fideicommissariam,& ita declarando ꝓcederet arg.Soc.sed si nos incipimus a fructibus negatiuè, bene ualet arg.de fructibus ad Treb. dicendo, non potest facere testator, ꝙ fructus imputentur in Treb. filiis primi gradus, ꝙ est minus, ergo multo magis nõ poterit eam prohibere, quod est plus, uulgata auc.multo magis,& tenendo hanc opi. approbatam ut supra, ueriorem, æquiorem, & magis cõem, ſm Do-
19 cto.præalleg. Ad† ɔ̃ria rñde, ut per Pau. Pic.in d. repet. ubi singillatim oĩb.rñdet,& ad no.per Rayner.Bal.& Imo. in l.Luc. §.maritus, per illum tex.ff.ad Treb.cum si.ubi dicunt, ꝙ testator põt facere, ꝙ filius computet in sua legitima Trebellianicã, ꝓsupposito ꝙ filius grauatus de restituendo possit duas quartas detrahere, iux.no.in c.Raynutius, extra de testa.& per Bar. in l.quanquam.C.ad leg.Fal.dicas, ꝙ Bal.in l.cum pater.§. Titio, de leg.2.declarat hoc procedere, ꝙ qñ quis non põt facere, ꝙ filius imputet in legitimam Trebellianicam, qñ est debitor patris: quia tunc debitum compensabit cum Trebellianica, per illum tex.aliàs non. Ad quod etiam contrarium dicas, ut per repeten. ubi s̃. & nouis.scrib.in d.l.Marcell. in principio, sequuntur hanc opi.Bal.pro qua dicunt pluries,& pluries consuluisse, ꝙ Trebellianica in filiis primi gradus non possit prohiberi, qua stante sicuti ipse d.Ludouicus poterat de dicta Trebellianica disponere, ita ẽt poterit disponere, & ipse d.Bernardinus pro ea parte, in qua fuit institutus hæres ab ipso do. Ludouico,& ɔ̃nr super bonis dicti do. Baptistæ poterit testari pro medietate legitimæ,& Trebellianicæ, q̃ spectabant, & pertinebant ad dictum d.Lud. cuius pro dimidia est hæres, sicut põt testari de reb.quæsitis per ipsum.d.Bernardinũ mõ & forma, quo dictum & conclusum fuit supra in primo quæsito, & hæc dico, si ipse d.Lud.aliter non disposuit de d. legitima, & Trebellianica inter viuos, vel in vltima voluntate. Verùm & alia opinio, ꝙ potest prohiberi etiam in filiis primi gradus, posset satis defensari, vt ego dixi in d.l.Marcell.in prin.& consulẽdo ẽt,& ibi uideatur. ¶Circa uerò tertiũ quæsitum, qualiter ipse d.Ber.poterit disponere, & testari super reb. sibi relictis ab ipso d.Lud.eius patre,& acquisitis per ipsum d.Ludo. patet resolutio ex his, quæ dicta sunt in præcedenti quæsito, nam esto quòd ipse d.Ber. fuerit institutus hæres in dimidia a dicto. d. Lud.& grauatus de restituendo per fideicom. ac etiam prohibitus detrahere Treb.tamen tale grauamen quoad legitimam sibi debitam iure naturæ reiicitur,& etiam dicta Treb.non potuit prohiberi: cum simus in filiis primi gradus, secundum unam opi.de qua supra, nec etiam in illam imputabuntur fructus medio tempore percepti, ut superius latè deductum,& ꝓbatum est,& ideo de dictis legitima,& Trebellianica super bonis quæsitis per eius patrem poterit disponere & testari eius arbitrio eo modo & forma, prout dictum & conclusum est superius in primo quæsito. Parisius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso conditionali purificato veniunt substituti.*
2 *Substitutio fideicõmissaria distributiuè, & singulis facta in personam uniuscuiusque hæredis decedentis sine filijs, locũ habet vno illorum decedente sine filijs, nec opus est illam verificari in persona omnium, & nu.3.*
4 *Filiorum appellatione ita veniunt fœminæ, sicut & masculi.*
5 *Fallit quando facta est mentio de filijs masculis; tunc enim fœminæ non ueniunt.*
6 *Testator in dubio uidetur se reddere cõformẽ cũ dispõne iuris, & sua voluntas interpretatur, secundùm quòd iura disponunt.*
7 *Testatoris dispositio interpretanda est secundùm consuetudinẽ, & statutum loci.*
8 *Mentio simpliciter facta de filijs, intelligitur de masculis, propter dispositionem statutariam.*
9 *In materia fideic. appellatione filij non ueniunt fœminæ.*
10 *Masculinitas considerata per testatorem, aliam ob causam non videtur considerata, nisi fauore agnationis, & ut bona conseruentur in familia.*
11 *Pro expresso debet haberi, quando unica tantùm ratio dispositionis potest considerari & assignari.*
12 *Qualitas apposita in uno capite testamenti, uidetur repetita in alio capite.*
13 *In fideic. attendimus testõris mentem, ex coniecturis ẽt collectã.*
14 *Dictio, ut supra, relatiua est præcedentium.*
15 *Relatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus.*
16 *Instituti videntur magis dilecti, quàm substituti.*
17 *Testator priuando filias à fortiori videtur priuare neptes.*
18 *Neptis testatoris excluditur à substituto existente de familia ipsius testatoris.*
19 *Testator expressisse uidetur illud, quod uerosimiliter disposuisset, si de eo fuisset interrogatus.*

20 *Grauatus*

20 *Grauatus restituere substituto, nedũ portionẽ, in qua fuit institutus restituere tenetur, sed etiam aliam, quam per fideicommißum fuit consecutus ab alio cohærede grauato.*
21 *Exclusio filiarum, an & quo casu censeatur temporalis, vel perpetua, & nu. 22.*
Fœmina semel exclusa à statuto, an censeatur perpetuò exclusa.
An quis sit alteri præferendus in successione, quod tempus considerandum sit.
24 *Grauatus restituere hæreditatem, quæ teneatur restituere.*

CONSILIVM XLVIII.

Vidi Testm̃ q.ser Hier.de Cimatorib. ciuis Bellunen. in quo suos vniuersales instituit hr̃des Benedictũ, Mi
chaelem, & ser Paridem filios suos, & voluit, ꝙ si unus, vel duo
ipsorum institutorum decesserit siue decesserint qñcunque si
ne legitimis filijs ex eis descendentib. ꝙ tunc essent substituti
eidem vel eisdem decedentib.ut supra, alij siue alius ex dictis
1 suis hr̃dib. Et†qm̃ Benedictus obijt nullis relictis filijs, & ꝯñr
in eius portione, & persona condõ fideicõmissi prædicti fuit,
& est verificata, & ꝯñr portio, quę ipsum tangebat, peruenit ad
Michaelem, & ser Paridem superuiuentes, detractis prius de
iure detrahendis, vt hr̃.ff.& C.ad Treb.ferè per totum, & inst.
de fideic.hære.& in l.Centurio.ff.de vul.& pu.& in l. precib.
C.de imp.& per Can.in c.Raynald.& in c.Raynut.de testa.&
2 in c.si pater.eo.ti.li.6.¶†Solùm difficultatem facit, an condi
tio.d.fideicommissi sit uerificata in persona.d. Michaelis, qui
mortuus est relictis duab.filiabus fœminis, & superstite dicto
ser Paride, an ipse ser Paris substitutus veniat excludendus a di
3 ctis filiab.fœminis. Et † primò aduertendum est, ꝙ dicta substitutio fideicommissaria distributiuè, & singulariter facta est
in personam uniuscuiusque hr̃dis decedentis sine filijs, & iõ
locum habebit in persona vniuscuiusque decedẽtis sine filiis.
Nec est necesse, vt verificetur in persona oĩum: ut plenè hr̃ in
l.pe.vbi latè doc.oẽs.C.de imp.& per Bar.& alios in l.heredes
mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& ꝑ Alex.in l.pater filiam.§. fi.ff. ad
l.Fal.& in l.qui duos, & l.uel singulis.ff.de vul. & pup.iunctis
no.in l. hoc articulo.ff.de hær.inst.cum aliis concor.Ex quo in
fertur, ꝙ circa portionem relictam. d. Benedicto iam mortuo
nullis penitus relictis filiis, condõ. d. fideicommissi fuit plenè
uerificata, licet d.Michael mortuus sit duab.relictis filiabus. &
superstite.d.ser Paride, cui Benedicto virtute dictæ substõnis
successerunt d.Michael, & ser Paris illi superuiuentes. An aũt
portio bonorum.d. ser Benedicti, quæ peruenit ad ipsum Michaelem, veniat restituenda ipsi ser Paridi, tangetur inferius, q̃.
tùm ergo ad portionem tangentem.d.Michaelem prima facie
vr̃ dicendum, ꝙ eius filiæ excludant ipsum ser Paridem substi
tutum, ex quo ipse testator uoluit, tunc demum esse locũ substitutioni fideicommissariæ, qñ aliquis dictorum filiorũ mortuus esset sine filiis legitimis ex eis descendentib. & quia ipse
Michael obiit relictis dictis filiab. talis condõ non fuit adim-
4 pleta, & ꝯñr fideicommissum vr̃ cessare. Certum†est.n.ꝙ appellatione filiorum ita ueniunt fœminæ sicut & masculi, & ta
lia uerba uerificantur in filiab.l.1.C.de cond.inser.l.quisquis
ff.de uer.sig.& l.iusta.eod.tit.& in l.si quis ita, in prin. ff.de te
sta.tut.& in l.si ita scriptum, de lega. 2. no.Io.And.Butr.& alii
Can.in d.c.Raynaldus, col.2.& Ale.cons.55.col.fi. uolu.3. &
Dec.ꝯs.15.in prin.& cons.171.in cã uenerabilium, col. 2. nu.
4.& consi.299.in cã, col.4.nu.11.& est bonus tex.in l.non est
5 sine liberis.ff.de ver.si. Tamen†rectius ueritatem amplectẽdo
dictæ filiæ non dñr excludere ipsum ser Paridem substitutũ.
Quinimmo ipsæ excludunt ab ipso ser Paride, ex quo illa ver.
sine filijs intelligunt de masculis, & perinde est, ac si testator
dixisset, ꝙ si ipse Michael moreret sine filiis masculis, eẽt substitutus illi ipse ser Paris superuiuens. Et si dictus testator expressisset de filiis masculis, certissimum est, ꝙ ipse ser Paris sub
stitutus excluderet dictas filias Michaelis, morientis sine masculis, vt est decis.Io.And.& Cano.in d.c.Raynaldus, & ponit
Abb.consi.37.vr̃. 1.uol.1.& Ant.de But.consi.47. rectè decisum est, & Io.de Ana. cons.22.ad probandam, cum aliis cumu
latis ꝑ doc.in l.1.C.de cond.inser.& ꝑ Dec.d.cõsi.15.in prin.
& col.2.& 3.& 4.& d.cons.270.& 294.ac ẽt cons.318.nu.2.
¶Quòd modò testator intellexerit de filiis masculis, & non de
fœminis, esto ꝙ ꝓcisè istud non dixerit, ostenditur concluden-
6 ter & pluribus. Et † primò; qm̃ in dubio testator vr̃ se reddere
conformem cum dispõne iuris, & sua uoluntas interpretatur
ſm, ꝙ iura disponũt, vt hr̃ in l.Gall.§.quidam rectè.ff. de libe.
& posth.& no.Bal.in l.precib.C.de impub.col.pe.arg.l.si duo
ff.de acq.hær.ubi Bal.cum aliis adductis per Dec.consi. 257.
7 q̃ritur, col.pe.& fi. Prout † ẽt; qm̃ dispõ testatoris intelligitur
ſm consuetudinem, & statutum loci, ut dicit Bar.in d.l. hæredes mei.§.cum ita, col.2.ff.ad Treb.& ibi Alex.col.5.& duab.
seq.ubi ẽt Soc.col.pe.& fi.ad id plura cumulant, ponit ẽt Bar.
in l.ut iurisiurãdi.§.si liberi.col.2.ff.de ope.libe. Pet. de Anc.
in l.tres fratres.ff.de pac.Alex.& alii in d.l.Gallus.§. quidã rectè.& Dec.consi.397.uiso puncto, col.pe.nu. 7.cum aliis plenè cumulatis per Alber.Bru.in tra.de statu.exclud.fœmi.in 5.
art.prin.12.qõ.fol.7.& sequ.& etiam per Georg.Nat.in simi.
tract.in 12.q.prin.col.15.uers.8.facit.Hinc est, ꝙ cum in ciui
tate Bellunen.sint statuta, ꝙ tam ex testõ, q̃ ab intestato, stantibus masculis fœminæ non succedant, ꝙ ipse ser Hier. testator,
testando uoluit se reddere conformem cum dicta dispõne sta
8 tutaria, ut fœminæ excluderentur a masculis. Et † ideo licet in
substitutione simpliciter fecerit mentionem de filiis: tamẽ debet intelligi de masculis ꝑꝑ statutum, cui verba dicti testatoris debent adaptari, ita expresse dicit Pet. de Anch.in d.l. tres
fratres.ff.de pac.& cõsi.124.uisis, col.pe.uer. 2. principaliter,
& Alex.& Soc.in d.§.cum ita.uer.præalleg. & in d.l.Gall. §.1.
in fi.& idem Alex.consi.127.uiso testõ, uol.1.& consi. 119.viso processu, col.pe.uol.5.refert, & sequitur Dec.consi.316. in
casu proposito, col.pen.nu.9.& consi.299.in cã mihi commissa, col.pen.nu.11.& consi. 270. dominus Raynaldus, colum.
2.nu.3. ubi ad id alia consi.adducit, ponit etiam Soc.ꝯs. 280.
considerata, in fi.uol.2.& consi.213.suprascripti, col.2.uol.1.
& Cor.consi.55.pro decisione, circa fi.& consi.145.in fi.vol.
1.& consi.120.quòd filia, & consi.124.ardua, uol. 2.& Ias.in
d.l.tres fratres, col.3.in 6.limi.& multa ad id adducit do. Præ
po.in arbore affinit.col.16.post ti. de consangui.& affinita. Et
9 † quòd in materia fideicommissaria, stante statuto, appellatione filii non ueniat fœmina, est consi.Pau.de Cast.79. casus iste
frequenter contingit, & ponit Cor.consi. 197.circa, in litera.
R.uol.1.ad id multa adducit Barb.in rep.d.c.Raynaldus, col.
87.& in repeti.l.cum acutissimi.C.de fideic.circa fi.ad quæ ẽt
faciunt, quæ ponit Soc.in repe.l.cum auus.ff.de cond.& dem.
col.mihi 57.& seq.uer.7.quæritur, & Alber.Bru.in d.tract.de
statu.exclud.fœmi.in 5.art.prin.in 12.q.fol.7.uer.& ita consultus, ubi dicit semper se ita tenuisse & cõsuluisse, appellatione filiorum non venire fœminas in substitutione fideicommissaria stante stat.ipsas excludente, & potissimè qñ filiæ propriæ
testatoris non sunt institutæ, ne contingat testatores præferre
neptes propriis filiab.ut propriè est in casu pñti, & dicetur inferius, & ibi rñdet dictis per Soc.in d.l.hæredes mei.§.cũ ita.
& in d.l.cum auus, uer.præalleg.& consi.suo 182.licet, uol.2.
ex quibus unà cum aliis concor.ibidem adductis hr̃ uera deci
* sio, & * cõis conclusio uolens, ꝙ licet attento iure cõi appel.filii ueniat fœmina, ut sunt decis. & iura. s̃. in ꝯrium adducta,
tñ stante stat.uolente stantib.masculis fœminas excludi, si contingat testatorem substituere masculum uocatum a statu. sub
conditione, si alius cohæres decederet sine filiis, & contingat
cohæredem mori cum filiab.fœminis, dictæ filiæ nõ excludũt
substitutum, quinimmo ipsæ a substituto excludunt, ex quo
isto casu appellatione filii non comprehendũtur fœminæ, sed
masculi, & illa uerba, si decesserint sine filiis, intelliguntur de
masculis, & quia ipse Michael mortuus est sine masculis uirtute dictæ substõnis ad eius portionem uenire debet ipse ser
Paris substitutus, & superuiuens exclusis dictis filiab. quæ appellatione filii non comprehenduntur stante dicto statuto, &
ultra prędicta quòd testator ipse intellexerit de filiis masculis,
& nõ de fœminis ostẽditur, nam eodem testõ instituit Franc.
alium eius filium, & eidem substituit filios eiusdem masculos
tm̃, & illis decedentibus sine masculis postmodum substituit
10 filios.d.testõris. Et † quib.patet, ꝙ ipse testõr in substitutionibus considerauit masculos, & quidem non alia rõne, nisi fauore agnationis, & ut bona conseruarentur in familia, ꝓut dicit
Io.And.in rub.de successio.ab intest.in add.ad Spec.uer.& est
sciendum, & no.doc.in l.uenia.C.de in ius uoc.& Bal. in cõs.
inc.Martinus, & Ioan.col.3.qđ est positum inter consi. Ange.
& multa ad id adducũt Mõd.Asten.in d.trac.de stat.exclu.fœmi.in

11 mi.in 3.4.& 2.art.prin.& Dec.d.cõs.15.nu.2.Et†licet testator hoc non expresserit,tñ pro expresso debet haberi,cum alia ratio non possit adduci,qua fuerit motus ad dandum prærogatiuam masculis,nisi præallegata,ſm ꝙ dicit gl. Bal. & alij in l. quamuis .C.de fideic.& Imo.in l.fi.ff.de hære.inst.& Ale.cõs.
12 48.super agitatione,col.3.vol.1.cum si.Vnde†cum ipse testator in vna parte testi, & in substitutione fideicommissaria dederit prærogatiuam filijs masculis, præsumendum est ita eum voluisse facere in alia substitutione,quam fecit d. Michaeli,licet in ea nihil dixerit de masculis,sed tm̃ de filijs, cũ vna pars testi declararetur per aliam,vt in l.qui filiab.vbi Bar.& alij, & in l.si seruus plurium.§.fi.de leg.1.& facit tex.in l.vtrum.ff.de peti.hære.& quod uult Bar.in l.1.§.& parui.ff.qđ vi aut clam, & ponit Dec.d.cons.15.nu.3.& cons.270.nu.5.vbi propriè loquitur in casu nostro,& cõsi.370.viso testõ,nu.3. vbi ad id adducit alia consi.& plenè tangit Fran.de Cur.consil. 65.col.6.
13 Et†certum est, ꝙ in fideicommissis accedimus per coniecturas,& voluntas testatoris ita collecta sufficit.d.l. hæredes mei. §.cum ita.l.cum virum. C.de fideic.cũ alijs adductis per Dec. d.cõsi.15. nu.2.& cum alijs sim. & concor. quæ possent ad id adduci,de quib.in d.§.cum ita,& in l.cum proponebatur,in fi. & in l.qui solidum.§.1.de leg.2.& in l.licet imperator, de leg. 1.& per Bal.in l.fi.col.pe.C.de impub.quæ etiam comprobantur,nam ipse testator institutis filijs suis masculis, substituit illis,vel alteri eorum decedenti sine filijs alios,seu alium superuiuentem ex dictis suis hæredib.& filios eorum legitimos, vt
14 s̃.Quę†dictio,vt supra,relatiua est præcedentium, & eorum, quæ superius dicta sunt,vt in l.1.§.deinde, & in §. ex hoc edicto,vbi Bart.ff.de postul.& habetur in l.item quæritur.§. item Iulianus. ff. loca. & in procem. decreto.§.sanè,& ponit Deci. consi.182.nume.3.& cons.227.nu.5.& certum est, ꝙ ipse testator in præcedẽtib.dum substituit Fran.eius filio,vocauit tm̃ masculos,vnde necessariò in hac secunda substitutione solùm masculos vocauit,cum in illa se referat ad ꝑcedentia, & in ꝑ-
15 cedentib.de masculis tm̃ sit locutus.Et† relatio intelligitur facta cũ oĩbus suis qualitatib.l.asse toto.ff.de hær. inst.& in auc. si quis in aliquo documento. C.de eden.& per Bar.in l.si quis seruum.§.fi.de leg.1.& in l.1. ff. de receptator. suadentur etiã prædicta,qm̃ ipse testator habebat filias fœminas proprias, & de eis in suo testamento nullam fecit mentionẽ, sed tantùmodo instituit & substituit filios masculos, quos pretulit dictis fi
16 liab. ꝯñr a fortiori vr̃ prætulisse neptib. ex filio.Tũ † ꝯsiderando institutionem,vt dicit Bar.in l.1.C.de impub.& hr̃ in l.Pu-
17 blius.§.fi.ff.de ꝯd.& dem.Tum † ẽt quia priuãdo filias a fortiori vr̃ priuasse neptes,arg.l.si viua matre.C.de bo.mater.cũ alijs adductis per Dec.d.cons.15.nu.2.& 5.& d.cons.270.nu.4.& 5.vbi inter alia adducit pulchrum cons.Pau.de Cas. 77. casus iste frequenter cõtingit.& aliud consi.eiusdem Pau.355. viso
18 testamento,& plures alias decis.Quibus †cauetur,neptem testatoris ex filio excludi a substituto,& substitutus erat de familia testatoris, quando testator ipse de filiabus proprijs nullam fecit mentionem,vt propriè est in casu præsenti,vel quando illas in re particulari instituit,de quo plenissimè per Alber.Bru. multa alia adducentem in d.trac.in 5.art.principali.q.12.col. 2.ver.quæ decisio.& col.4.& 5.versi.iuxta prædicta dicebam, & prout aliàs consului.quanto magis in casu præsenti,vbi tot & multa alia concurrunt,& maximè dispositio statutaria,vt s̃.
19 Quibus†consideratis resultat & alia cõclusio, ꝙ dispositio.d. testatoris omnino comprehendit casum præsentem, ex quo si de eo fuisset interrogatus,vtiq; verisimiliter idem disposuisset, & ideo haberi debet ꝓ expresso,vt dicit gl.& doct. in l.tale pactum.in.fi.ff.de pac.& habetur in l.Titius.§.Lucius.ff. de li.& posth.cum alijs adductis per Dec.consi.394.pro vera resolutione.col.pen.& fi.nu.8.& seq.ex quib.satis apertè ostenditur, ꝙ filiæ fœminæ.d.Michaelis non excludũt.d.ser Paridem substitutũ ipsi Michaeli casu,quo mortuus esset sine filijs masculis,prout verè mortuus fuit,& ꝯñr cum conditio.d.fideicommissi etiam fuerit verificata in persona d.Michaelis,ipse ser Paris substitutus, & fideicommissatius consequi debet portionẽ relictam dicto Michaeli,detractis tñ de iure detrahẽdis, vt superius dictum est,immo & fortius hęredes. d. Michaelis eidẽ ser Paridi restituere debẽt omne illud, quod ipse Michael fuit cõsecutus virtute fideicommissi de portione relicta per dictũ
20 testatorem.d.Benedicto mortuo sine aliquibus filijs. Nã † cũ ipse Michael eam cõsecutus fuerit per fideicõmissum,& postmodũ in persona ipsius Michaelis fuerit verificata conditio. d.fideicõmissi,nedũ censetur grauatus restituere ipsi ser Paridi superuiuẽti portionẽ sibi Michaeli relictã, sed ẽt aliã, quã per fideicõmissum cõsecutus fuit a dicto Benedicto, ut tenet glo. Bar.& alij in l.si Titius,de lega.3.& idẽ Bar.in l.Sceuola,in fi. & plenius in l.Marcellus,§.quidã liberis.ff.ad Treb. vbi Alex. * Soc.& alij idẽ sequunt̃,& * cõiter tenẽt doct. in l.cum virum. C.de fideicõ.& Rom.cõsi.18.visa,& Bar. in d.l.hæredes mei. §.cũ ita,in prin.& ibi Alex.& ꝑ eundẽ Alex.in l.ita tñ,§.qui suspectã,eo.tit.& Bal.cõsi.94.pũctus qõnis, vol.2.& Corne.cõsil.142.vol.4.& Dec.consi.81.in casu ꝓposito,nu.2.vbi dicit hãc opi.esse cõmunẽ,& ab ea non esse recedendũ,allegãdo cõ-
21 sil.Alex.vt per eũ.¶† Nec ꝑdictis hẽt obstare,si diceretur, ꝙ filiæ d.Michaelis non debent excludi,ex quo ita demũ excludũtur, quando extarent masculi descendentes ab ipso testatore, sed certum est, ꝙ ipse ser Paris nullos hẽt filios,nec masculos, nec fœminas,ꝯñr eo mortuo nullus extabit masculus descẽdẽs ab ipso testatore,pp quẽ dictæ filiæ venirẽt excludẽdæ, ex quo infertur, ꝙ viuente tm̃ ser Paride censentur exclusæ, non autẽ eo mortuo,& sic nullo existente masculo,ꝯñr talis exclusio iudicabitur tẽporalis non perpetua,vt vr̃ sentire Bar.in l.fin.§.j. col.j.ff.ad Tertul.rõne,de qua ibi per eum, & per Bal. & alios scrib.in l.2.C.de lib.præter.cũ alijs adductis per Alex.cõs.13. circa primũ,col.vlti.vol.3.& per Are.consil.158.viso puncto, col.j.& per Cor.consi.126.principale,col.3.& 4.vol.2.& per Soci.consi.92.circa primũ,col.4.vol.j.& Dec.cõsi.71.in casu,
22 col.j. Nã † ꝑdicta obiectio cessat cõsiderãdo verba statuti simpliciter excludentis fœminas stantibus masculis,quo fit, vt ipsæ fœminæ censeantur perpetuò exclusæ ab ipsis masculis, & satis est, ꝙ tempore,quo defertur hæreditas, seu fideicõmissum, reperiantur masculi ad exclusionẽ ipsarũ filiarum,licet postmodum d.masculi deficiant; tales enim fœminæ semel exclusæ,nõ possunt amplius venire ad bona a quibus perpetuò fuerũt exclusæ, sed dicta bona venire debent ad alios hæredes ex testõ, vel ab intesta.ipsius masculi, q̃ fœminas exclusit, ista est doctr. * Bar.* cõiter approbata in d.l.fi.§.j.col.pe. versi.sed si poneremus.ff.ad Tertul.& sequitur Dec.consi.283.nu.5.& cõs.296. nu.4.consuluit etiam Soci.consi.10.volu.3.& faciunt nota. ꝑ Alex.& alios in l.si auus.C.de lib.præter.& per Soc. cõsi.104. nu.4.volu.4.& quæ vult Ant.de But.cõsi.20.æquitas,& Cor-
23 ne.consi.12.in hac,col.j.in fi.vol.j.Et † bene facit illud,quod dicitur,qñ loquimur de prælatione alicuius facienda alteri, ꝙ inspicimus tẽpus,quo acquiritur possessio, taliter ꝙ ille, q̃ tũc præfertur,efficitur perpetuus hæres,& transmittit ad suos, & ad quos vult ex testõ,seu ab intestato, & semper excludit alterũ, vt habetur in §. proximus,institu.de legit.agna.suc.& ita ꝑ hanc rõnem tenent Bal.Ange.& alij in d.l.Gallus. §.& quid si tm̃,& Pau.de Cast.consi.92.illud indubitati iuris,& Alex.cõsil.29.in pñti.col.j.& ꝑ totũ, vol.2.cũ alijs plenè cumulatis ꝑ Alber.Bru.in d.tract.in 10.artic.principali,q.5.fol. 53.in quibus locis concluditur,fœminam simpliciter exclusam a statuto stantibus masculis,censeri perpetuò exclusam,& contraria superius allegata procedunt, quando excluderetur temporaliter
24 tm̃ . Ex † quibus infertur, ꝙ ipse ser Paris, & de bonis relictis d.Benedicto,& etiã d.Michaelis per ipsum testatorẽ, detractis tamen de iure detrahendis , poterit disponere suo arbitrio, cũ ipse superuixerit dicto Benedicto,& casus substitutionis fideicommissariæ iam euenerit in persona ipsorum decedentium sine filijs masculis,arg.l.primæ,ibi,de rebus suis. ff.de testam. & in puncto hoc tenet Lap.alleg.101.in ciuitate Florentiæ,& Pet.de Ancha.consil.301.posset probabiliter,& Alber.Bru.in d.tracta.in 13.artic.prin.q.5. fol.75. Quod autẽ de dictis bonis relictis Benedicto,& Michaeli ipsi potuerint disponere, & quid in legitima,& Trebellianica veniat imputandum, nõ est præsentis speculationis,dicetur aliàs suo loco,& tempore,si de prædictis dubitare contigerit. Parisius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Plures nomine collectiuo vocati quãdo pro vno tãtũ reputentur.*
2 *Et pro quibus partibus ipsi admittantur.*
3 *Et quid si vocati sint distributiuè, & seq.*
Dictio, cuilibet, & pro quolibet, distributiua est.

De natura

4 *De natura distributiui est, unicuique in solidum attribuere rē, de qua agitur.*
5 *Distributiuum attribuit actum cuilibet in solidum.*
6 *Natura distributiui est, ut singuli habeantur pro expressis.*
7 *Dictio, unicuique, nullum excludit.*
8 *Satis differt, an aliqui uocentur collectiuè, siue distributiuè.*
9 *Si ad legatum per testatorem uocantur attinentes, an dicantur uocati omnes, an uerò proximiores.*
10 *Attinentium appellatione qui ueniant, & nu. 20. & seq.*
11 *Coniunctorum appellatione qui ueniant.*
12 *Coniuncta persona quæ dicatur, & qui ueniāt eius appellatione.*
13 *Legatum factū cognatis debetur illis, qui nominati sunt.*
14 *Et an ueniant non existentibus nominatis proximiores.*
15 *Legatum factum cognatis quibus debeatur.*
16 *Differt an legetur cognatis, uel cognationi.*
17 *Legatum factum familiæ quibus debeatur.*
18 *Legatum factum fratribus debet̄ illis, qui utrinq; sunt coniuncti.*
19 *Fideicommissa, & legata inducuntur, ampliantur, & restringūtur ex coniecturata mente testatoris.*
20 *Legatum factum attinentibus quibus debeatur.*
21 *Dictio pro, denotat causam, & modum.*
22 *Per sequentia declarantur antecedentia aliquatenus dubia.*
23 *Dispositio hominis uerificatur in primo actu.*
24 *Relictum factum singulis preiudiciale est, & debetur proximioribus considerato tempore testamenti.*
25 *Vel illis, qui tempore mortis reperiebantur.*
26 *Non enim ueniunt illi, quos testator ignorabat.*
27 *Legatum factum attinentibus debet̄ hæredibus attinēntis mortui, antequam tale legatum fuerit petitum iure trāsmissionis.*
Transmissio legati an & quando possit fieri.
28 *Transmissio non impeditur, esto quòd legatum fuerit relictum super fructibus & redditibus possessionum.*
29 *Præscriptio.xxx.an.currit contra ignorantem.*
Et excludit omnem actionem.
30 *Præscriptio cum mala fide de iure canonico non procedit.*
31 *Hæres extraneus scire præsumitur contenta in testamento, et de illis notitiam habere.*
32 *Debitor non potest præscribere, etiā si statutū excluderet creditorem.*
33 *Legata cum mala fide non possunt præscribi.*
34 *Si legatarius non agnouit legatum hæres illud præscribit, etiā si scientiam habeat legati, & nu. 36. & 37.*
35 *Valde differt, an sit ius quæsitum, uel quærendum.*
37 *Et quid si præscriptio restricta est per statutum.*
38 *Statutum inducēs præscriptionem cum mala fide, an & quando, & quo casu ualeat.*
39 *Legatum indebitè solutum, an possit repeti. et nu. 43. 45. & 46.*
40 *Et quid si omni iure est indebitum, & nu. 43.*
41 *Et quid si per errorem fuit solutum.*
42 *Lucrum radicatum in persona alicuius cōsideratur, ut damnum.*
44 *Et quid si legatum fuit solutum ex causa de præterito falsa.*
46 *Et quid si fuit promissum, & non solutum.*
47 *Testator relinquens cuilibet fratrum minorū cappam, & priori bibliam, prior an consequi debeat utrunque legatum.*
48 *Dictio, item, continuatiua est.*

CONSILIVM XLIX.

Visis Dubijs ad me tránsmissis cum exemplo testī q.do. Isabettæ Rōcinellæ, circa resolutionem primę dubitationis aduertēdū est, ꝙ attinentibus ipsius testatoris fit legatum collectiuè, uocātur.n.ad illud attinentes ipsius collectiuo nomine, ut patet ibi, attinēti, & ibi, & si p̄dicti attinentes,
1 & ibi dicti tales attinentes, Et † qn̄ plures collectiuo noīe uocantur pro uno reputantur, & habentur.l.interdū, in prin.ff. de hær.inst.l.si liber hō.§.Titius, & ibi no.Ang.eo.ti.& p Bal. in l.si pr̄ filio, ubi ēt Ale.no.ff.de uul.et pup.& p Dec.ꝯsi.320. dū legerē.co.3.nu.6.& p Soc.ꝯs.108. casus ser Frā. uol.3.nu.
2 nu.2. & 3.Cōcludētes, † ꝙ tales ita uocati pro uno reputant̄, & pro æquis partibus admittuntur, & ꝯn̄r oībus uidetur una sola q̄titas legata, uidelicet duc.30.ex quo eadē oratione ꝯiunctim, & collectiuè legatū vr̄ factū.l.eū q ita, in prin.ī 2.respō. ff.de verb.obl.l.si qs testō, ī prin.& ibi no.Ias.col.1.de lega.1. ¶ Tn̄ in casu pn̄ti ꝯriū dicēdū, ꝙ immo cuilibet attinēti in solidū dicatur esse factū legatū duc.xxx.non.n.simplr̄ & collectiuè tm̄ attinentes ad illud vocant̄, quo casu locū haberēt supe-
3 rius deducta. sed † vltra nomē collectiuū attinētes, ipsi vocant̄ distributiuè: vt patet ibi, cuilibet suo attinenti, & ibi, ꝓ quolibet, q̄ dictiones distributiuæ sunt, vt plenè tāgit Bar.& alij ī
4 l.hoc articulo.ff.de hær.inst.Et † de natura istius distributiui, cuilibet, & quolibet, est attribuere vnicuiq; in solidū rē, d̄ qua agit̄, & ꝯn̄r dictū legatū quātitatis, vt est casus, & ibi no.Bar.& Imo.in l.si plurib.de leg.2.& est tex.& ibi no.Bar.ī l.nō distinguemus.§.cū plures.ff.de arbi.& no.in l.q in ptāte.ff.de testa. & p Bar.ī l.hoc articulo, col.2.vers.& ista faciūt, & vers.ꝑterea q̄rit, & vers.distributiuorū.& ēt not.Bart.& alij in l.si mihi, & Titio.ff.de verb.obl.& plenè tāgit Bal.ī l.vnica.C.qn̄ nō petē.
5 par.& Soc.ꝯs.50.viso instr̄o, in prin.vol.1.Ista † em̄ distributiua, cuilibet, & ꝓ quolibet, attribuūt actū primi verbi.s.attinēti, cuilibet in solidū.& similiter attribuūt actū secundi.s.emolumentū legati cuilibet ī solidū, vt hr̄ in l.q filiab.§.1.de leg.1.
6 & ibi not.oēs in summario, & in discursu lecturæ. Et † natura distributiui est, vt singuli habeātur ꝓ expressis, & nominatis.l.
7 pen.C.de impub.vbi doct. Prout † ēt: qm̄ dictio, vnicuique, nullū excludit.c.solitæ.de maio.& obe.l.Iulianus, d̄ leg.3.no. Cor.ꝯs.67.plenè quidē, col.2.in fi.vol.1.ita ēt, & dictio, cuili-
8 bet, & ꝓ quolibet. Multū † em̄ differt, an aliqui vocent̄ collectiuè, vt in prin.dictū est, an verò distributiuè, vt mō dicimus, vt patet ex decisi.superius deductis, & ēt sentit Ias. in d.l.si qs testō, in prin.nu.1.& Corn.ꝯs.82.in hac ꝯsultatione, vol.2.ex q b.ꝯcludit̄ in pn̄ti casu, cuilibet attinēti testatrici in solidū de-
9 beri legatū dictæ quātitatis. ¶ † Sed adhuc superest maior difficultas, esto ꝙ tale legatum insolidū debeat̄ cuilibet attinēti, an ad illud dicātur vocati oēs attinētes ipsius testatricis, cuiuscūque sint gradus, ēt longissimi, an verò solùm dicatur esse factū attinentibus proximiorib. qui ab intestato illi poterant succedere, ita ꝙ isti proximiores solùm dicant̄ inclusi in solidū, reli-
10 qui verò posteriores penitus exclusi. Et † licet Pau.de Ca.in l. cū alienā.C.de leg.vers.& est argm̄, & ibi Mod. in addi.tāgāt, q veniāt appellatione attinētiū, tn̄ Bal.ī c.in literis, vers.attinētes aūt, ex̄ de testib.quē refert, & sequit̄ Barb.in rep.l.cū acutissimi, car.mihi 14.col.2.vers.q d si testōr, allegādo Ang.in aliis locis dicit, ꝙ appellatione attinētiū veniūt illi, q pn̄t accusare, tanq̄ prosequētes suorū iniuriā, vt no.p gl.& alios ī l.fœmina.
11 C.ad turpillia.& in l.1.in fi.ff.de postul. Et † talis nominatio vr̄ æquipollere nominationi ꝯiūctorū, quorū appellatione veniunt ꝯsanguinei, tā masculi, q̄ fœminæ.l.sed & hæ. ī prin.ff. de ꝓcur.& p scrib.oēs in d.l.cū alienā, & ponit Fran. ī c.si pr̄, col.antep.vers.22.q d si testōr, de testa.lib.6.& Dec.ꝯs.223.in casu ꝓposito, nu.3.& 4.& gl.ī d.l.fęminæ, dicit venire p̄dictos vsq; ad septimū gradū, vt not.ēt Ias.in l.1. in fi.ff.in ius voc.vt
12 eant. Tn̄ † gl.cōiter * ibi approbata p Bar.& alios scrib.ī d.l.
* cū alienā.C.d̄ leg.apertè vult, ꝙ iudicis arbitrio relinquitur, q̄ dicant̄ cōiūctæ personæ, & ꝯn̄r attinētes, cum a pari ꝓcedāt, & istorū appellatione qui ueniāt, & qui nō, iudex ipse arbitrabitur, & ista est cōis cōcl.ut firmat Ias.in d.l.cū alienā, col.fin. nu.12.& ad casū pn̄tē cōsiderādo subiectā materiā, sanū iudicis arbitriū nō pōt eē aliud, nisi arbitrari attinētiū appellatione uenire tm̄ proximiores ipsius testatricis, & nō alios vlteriores cū nulli eēnt descēdētes ex ea, sed tm̄ transuersales. Prout
13 † ēt q a relictū factū cognatis dētur primò illis, q noīati sunt, & si noīati nō apparēt, dētur solum proximiorib.ita Bar.in l.si cognatis, col.pe.uer.q̄ro quo ordine.ff.de reb.dub. ubi apertè hoc firmat allegādo tex.ī l.peto.§.fratre, & ī l.cū ita.§.fi.d̄ leg. 2.& Soc.ī d.l.si cognatis, col.9.uer.f̄m ē, dū Bar.& uer.seq. fir-
14 mat, ꝓximiores tm̄ vocari. Ita † ꝙ ipsis exclusis alij ꝑpetuò dicunt̄ exclusi, & melius idē Soc.ibi col. 17.uer.2. q̄rit, expressè sequēdo Bar.firmat, ꝓximiores tm̄ ad legatū uocari, & ēt col. 18.uer.2.correlariū, uult, legatū factū cognatis dēri tm̄ proximiorib.ipsius testōris, & nō debetur alijs. Et ꝙ ꝓximiores tm̄ sint uocati, & nō alij, ē doct.Bar.p illū tex.quē oēs ibi sequunt̄ maximè Pau.de Cast.uer.in tex.ibi admitti, ī l.cū ita.§.fi.de lega.2.& ī 1.opp.in fi.& col.2.uer.in tex.ibi, & q ex his, firmans
15 alios ulteriores penitus excludi. Prout † ēt, q a tale legatū in sī. factū cognatis, solū ꝓximiorib.dētur, ut firmat idē Soc. allegādo alias dec.ꝯs.51.uisa facti narratione, n.11.& seq.uol.4.& n. 19.& seq.assignat rōnē decis.eo qm̄ ꝓximitas cōsideratur habito respū ad succes.ab intest.& f̄m illū ordinē istud legatum

debet

16 debet regulari, ut ꝓximiorib. debeat̃. Prout † ẽt dicimus, qñ a pari ꝓcedũt, an leget̃ cognatis, an cognationi, vt in d. l. si cognatis, in fi. & in similib. hr̃ in l. ciuib. eo. ti. Et † qñ legat̃ cognationi seu familiæ, ꝓximiores ueniũt, vt firmat pũctaliter Soc. ↄsi. 49. capio primã, col. 1. uol. 1. ubi adducit Bar. vbi s̃. & alias decis. & bñ facit tex. in l. fi. C. de uer. si. qñ legatum fit familiæ, ut
17
18 nõ oẽs ad illud ueniãt, sed tm̃ ꝓximiores. Et Pau. † de Cast. ibi circa fi. satis ad ꝓpositũ dicit, ꝙ si testõr legat fr̃ib. suis, & hẽt fr̃es utrinq; ↄiunctos, & ẽt fratres non utrinq; cõiunctos, ꝙ tale legatũ nõ oĩb. fr̃ib. debet̃, sed solũ illis, q̃ sunt utrinque cõiũcti ea rõne: quia sunt ꝓximiores, pp ꝙ excludunt̃ alij nõ ita ꝓximi, & Ias. in d. l. fi. nu. 26. sequendo Pau. de Ca. dicit, istud eẽ ea rõne: quia fr̃es utrinq; cõiũcti in successione intestati prę͂ferũtur alijs, & ita dñt ꝑferri in hoc legato, qđ regulat̃ circa istud fm̃ successionẽ ab intestato, adducit iura, & decis. ut p eũ, ꝙ ẽt firmat Soc. d. ↄs. 49. in prin. uers. 1. intelligant̃ uocati, uol. 1. & d. ↄs. 51. nu. 20. uol. 4. & bñ faciunt, q̃ ipsemet ponit ↄs. 37. ui-
19 so, col. 1. 2. & p totum, uol. 3. Quæ † cõclusio corroborat̃, qm̃ legata, & fideicommissa ex cõiectur ata mente testõris inducũtur, ampliant̃, & restringuntur, uulgato. §. disponat, in auct. de nupt. l. in cõdõnib. primũ locũ. ff. de ↄd. & de. l. cũ uirũ. C. de fideic. cũ ↄcor. & a rõne, & uerbis a testõre ꝓlatis restringuntur l. cũ pr̃. §. dulcissimis, de leg. 2. l. regula. §. pe. ubi Bar. ff. de iur. & fac. igno. & p Soc. ↄs. 77. uisis testõ. col. 1. nu. 2. & Frã. đ Cur. ↄs. 64. seriosa, in fi. & cõs. 80. rectè, col. 2. & considerando cãm, & rõnem adductam p ipsam testatricẽ, faciẽtẽ dictũ legatum, fuit illa, ut tales sui attinẽtes ꝓ quolibet dẽtent hr̃e duc. 30. ꝓ oi, & toto eo, qđ petere, & requirere possent de bonis dictæ testatricis, & casu quo uellent facere litem seu qõnem ↄ̃ bona, & hr̃ditatem testatricis, deberent priuari dicto legato, & solùm
20 deberetur attinentibus. Per † q̃ uerba apertissimè patet, legatũ solùm fuisse factum illis attinentib. qui poterant hr̃e potiora iura in bonis dictæ testatricis, qđ qdem uerificari nõ põt in attinentib. ulteriorib. qui nullum penitus ius habebant, sed solũ in ꝓximiorib. qui ab intestato poterant succedere, & bona ipsius testatricis consequi, vt in auct. de hr̃. ab inte. uen. uers. reliquum, & inst. de legitima agnã. succe. & de successio. cognato.
21 cum aliis concor. Dictio † eñ illa pro, causam, & modum denotat, ut dicit Bar. in l. 1. & l. quib. dieb. §. Termilius. ff. de cõd. & dem. p l. hmõi, in prin. de leg. 1. & l. si quis pro redemptione, in prin. C. de dona. & per Cor. cons. 32. licet, col. pe. uer. nã
22 ꝑpositio, uol. 4. Et † sic dicta uerba sequentia assignantia rõnẽ dicti legati, declarant personas, quib. dicatur factum, & sic illos attinentes: cum antecedentia æquiuoca, & aliquatenus ambigua, per sequentia clara, & aperta declarationem, & determinationem recipiant. l. qui filiab. l. si seruus plurium, in fi. de lega. 1. cum sim. & etiam quia in dubio testõr vr̃ magis grauare hr̃dem, quàm fieri possit. l. apud Iulianum. §. Seio, de leg. 1. l. q.
23 concubinam. §. cum ita l. numis, de leg. 3. Et † ẽt quia dispõ hominis uerificat̃ in primo actu, ut no. Bal. in l. 1. uersi. 4. quæro. C. de his q̃ pæ. nomi. & Alex. cons. 70. uiso, uol. 2. & Soc. cõs. 5. nu. 8. & cõsi. 91. nu. 4. uol. 4. & Dec. consi. 287. nu. 15. & Fel. in
24 c. 1. de treu. & pa. Et † etiam quia in casu pñti certa quantitatis summa relinquitur singulis attinentib. ↄnr vr̃ agi de magno præiudicio, & iõ solùm ad tale legatum ueniunt illi, qui erant proximiores tpe testĩ tm̃, vt concludit Soc. in d. l. si cogna. col.
25 14. uer. aliàs autem dicebam. Vel † saltim ueniunt illi proximiores, qui reperiebantur tpe mortis, ut dicit Bar. in d. l. si cognatis, & ibi Soc. col. 9. uer. fm̃ est, illi. n. attinentes, q̃ nati sunt post mortem ipsius testatricis, esto ꝙ proximiores futuri fuissent, nullo mõ ueniunt, ut firmat Bar. & alii in d. l. si cognatis, & ibi Soc. col. 14. uer. 3. etiam colligo, & col. 16. uer. 4. & ultima conc. & melius in d. consi. 51. nu. 40. & cons. 73. capiendo
26 primum, num. 29. uol. 4. Et † uers. 1. concl. est, col. 14. in d. l. si cognatis, idem Soc. allegando decis. firmat etiam non uenire illos proximiores, quos testatrix ignorabat se habere, ex quibus apertissimè constat, qui attinentes ad d. legatum ueniãt, & qui
27 non. ¶ † Istis stantib. ad resolutionem alterius dubij dico, ꝙ si attinentes proximiores uocati ad legatum, ut s̃. agnouerunt dictum legatum, esto ꝙ aliquis ipsorum proximorum mortuus fuerit, antequam tale legatum petierit, tñ hr̃des ipsius bñ possunt illud petere, & quò ad eos fuit transmissum, & bñ potuit transmitti: cũ legatũ fuerit, & sit purũ, quo casu esto ꝙ legatarius mortuus sit, antequam illud consequat̃, & añ illius agnitionem, tñ illud trãsmittit ad eius hr̃des l. si Titio. §. 1. l. si dies §. 1. ff. qñ di. leg. ced. l. 3. ubi gl. & oẽs max. mod. Pap. nu. 35. & plenè no. p oẽs scrib. in l. cum filiof. de leg. 1. & in l. 1. post Bar. & alios nu. 91. eo. ti. & hr̃ in l. unica. §. in nouissimo. C. de cad.
28 tol. ubi et oẽs no. & p Soc. cõs. ult. nu. 4. uol. 4. Et † licet tale legatum sit relictum dictis proximiorib. ut solueret̃ de affictib. & fructib. possessionum d. testatricis, tñ istud non impedit dictam transmissionem, ex quo solum continet cõdõnẽ tacitam ꝑcedentem ex natura rei, q̃ tacita condõ non impedit ꝑdictam transmissionẽ. l. cõdõnes extrinsecus, ubi Bar. ff. de cõd. & de. & idẽ Bar. p illum tex. in l. si legatum purè, in prin. ff. de adin. lega. & ponit Ias. in l. si post mortem. §. si purè, nu. 5. de leg. j. & in l. 2. §. & harum, nu. 38. ff. de uer. ob. cum si. ¶ Verũ dico cõdescendendo ad resolutionẽ tertii dubii, ꝙ si aliq̃s ꝑdictorũ attinentiũ ꝓximorum legatariorũ fuit negligẽs in nõ petẽdo, seu agnoscẽdo, vel nõ acceptãdo dictũ legatũ p tp̃s 30. ann. dr̃ exclusus a d. legato, ita ꝙ ulterius illud petere nõ p̃t stante d. præ
29 scriptione, q̃ currit ↄ̃ istum nedum scientẽ, sed † ẽt ignorantẽ. l. sicut. C. de p̃scr. 30. ann. & l. fi. in fi. C. de lon. tẽp. p̃scr. & quia p cursum tanti tp̃is p̃scribit̃ oĩ actioni. d. l. sicut, & l. oẽs, eo. ti. c. uigilanti. c. ad aures. c. si diligenti, & c. fi. ubi oẽs no. extra de
30 p̃scr. Et † licet attento iure can. p̃scriptio cum mala fide nõ currat, ut d. c. fi. & in reg. posses. de reg. iu. li. 6. & Corn. consi. 265. in litera. K. uol. 3. cum aliis uulg. & in mala fide quis dicat̃, qñ
31 habet notitiam rei alienæ, ut ibidem tradunt doc. Et † hæres max. extraneus p̃sumat̃ scire ↄtenta in testa. & hr̃e notitiam de illis. l. cum hæres, de libera. lega. & p Bal. in l. si tutor. C. de pe-
32 ri. tuto. Et † sciens se debitorem, non possit p̃scribere, ẽt stante stat. ut firmat Cor. ↄs. 55. in litera E. & cõs. 180. col. 1. uol. 4. Et
33 † magis ad casum, ꝙ legata cum mala fide nõ possunt p̃scribi. d. tpe vr̃ firmare Pau. de Ca. ↄs. 285. hr̃ditas. d. puellæ, ĩ 2. dub. & Can. in d. c. fi. & Mod. in tra. p̃scr. in 3. par. prin. & punctaliter in 4. par. 4. par. prin. car. 30. col. 2. nu. 2. uer. legata ẽt. ¶ Tñ istis non obstantib. in casu nr̃o ↄ̃ dictos legatarios ita negligentes bñ currit p̃scriptio, ex quo ipsis legatariis non dr̃ actio ad legatum competere, nisi illud acceptent, & anteq̃ acceptẽt, hæres ↄ̃ eos p̃scribit in actione p̃sonali, esto ꝙ sciat legatum eis fa
34 ctum. Et † isto casu hæres non dr̃ in mala fide, ex quo nõ apparet legatarios agnouisse legatũ, ita in terminis dicit, & declarat Pet. de Anc. loquens in legato quãtitatis, in c. sine possessione, de reg. iu. li. 6. col. 9. quem refert, & sequit̃ Soc. adducens alias decis. ↄs. 63. in cã uertentẽ, col. 3. uer. ꝑterea, uo. 1. & sequuntur Mod. in d. tra. præscr. in 2. par. 3. par. prin. car. 21. col. 2. nu. 70. & seq. dicẽtes hoc eẽ nouũ dictũ, & ꝑpetuò notãdũ, & illud ↄprobant rõne, & auctoritate, & ẽt alio simili, ꝙ ius adeundi hr̃
35 ditatẽ dicto tpe p̃scribit̃, ut p eos. Nã † dr̃ia est, an sit q̃sitũ ius, an uerò q̃rẽdũ, nã q̃sitũ nõ p̃t cum mala fide tolli dicto tpe, & isto casu ꝓcedũt adducta supius in ↄ̃riũ, qñ ãt sumus in iure q̃rẽdo, bñ currit p̃scriptio, ex quo p̃scribens, esto ꝙ sciat legatũ factũ, nõ ꝓpterea dr̃ in mala fide, añq̃ appareat legatariũ acce
36 ptasse, & agnouisse legatum, & iste est casus pñs. Quorũ † dicta bñ ↄprobant̃ ex his, q̃ dicit Cor. ↄs. 244. vr̃, uol. 4. ubi ↄsuluit, ꝙ p cursum longissimi tp̃is legatarius excludit̃ a petitione legati, max. si transactũ est tp̃s quadriennii, infrà qđ poterat peti re
37 stitutio ex capite ignorantiæ. Et † istis consideratis, dico ꝙ si statutum municipale restringeret dictam præscr. 30. ann. ad minus tp̃s, ꝙ talis præscriptio statutaria bene noceret dictis legatariis, ex quo non dr̃ fieri in pñti casu cum mala fide, cum ten
38 dat ad tollendũ ius q̃rendum. Nõ † . n. hic est discutiendus ille articulus, an ualeat statutũ inducẽs p̃scriptionẽ cũ mala fide, uel ne, de quo p Bar. & alios in l. sequitur. §. si uiã. ff. de usuc. & in l. oẽs populi, col. 8. uers. ecce alia, in 2. q. 3. q. prin. ff. de iust. & iu. cum aliis ad saturitatem adductis per Mod. in d. tract. p̃scr. in 2. par. 3. par. prin. car. 21. nu. 72. q. 13. Habemus. n. pro firmo, ꝙ hæres ita præscribens non dr̃ in mala fide. ut s̃. fuit dictũ, & certũ est, ꝙ stat. p̃t limitare, & restringere tp̃s stat. a iure cõi ad p̃scribẽdũ, ut hr̃ in locis præall. & in aliis ibidem addu-
39 ctis. ¶ † Ad resolutionẽ quarti dubii, in quo quęritur, si dictũ legatum q̃titatis fuit solutum attinentib. dictæ testatricis ulteriorib. & non ꝓximiorib. an ab ipsis possit repeti, tanq̃ indebitè, & p errorẽ solutũ. Aduertẽdũ est, ꝙ hic nõ q̃rit̃, an tale legatũ deberet̃ illis ulteriorib. naturaliter, & nõ ciuiliter, ut puta qñ detrahẽda esset a dicto legato falcidia, uel quia relictũ eẽt in testõ minus solẽni, de quo arti. plenè habet̃ in l. 2. in fi. in l.

3. &

3.& seq.& plenius p gl.Bar.& oẽs ĩ l.1.ff.de ɔd.inde.& in l.cũ quis.C.de iur.& fa.ign.& ĩ l.error.C.ad le.Fal.& ĩ l.2.C.si ad-
40 uers.solu.cũ si.†Sumus.n.ĩ casu,ĩ quo tale legatũ attinẽtib.ulteriorib.dr̃ esse indebitum oĩ iure, ex quo hr̃s dictæ testatricis putabat se teneri,& tñ nullo mõ,nec iure, ad illud erat obliga
41 tus.Consequenter†tale legatũ ita ĩdebitũ solutũ a p̃dictis ẽt p errorẽ iuris bñ repeti p̃t,ita tex.ĩ l.sđ & si me putẽ.ff. de ɔd.ĩd. & ibi Pau.& Ale.ĩ summa.ita Bar.d.l.1.col.pen.uer. expeditus est scđs,quẽ sequunt̃ ibi * cõiter oẽs,maxi.Ale.col.pe.uer. tractat ẽt Bar.& Ias.nu.14.& 22.& seq.& firmat idem Bar.& alij ĩ d.l.cũ quis,col.pe.uer.expeditus est scđs, vbi Pau.de Cas.col. col.fi.& Ias.nu.2.& idẽ Pau.post gl.& alios in d.l.2.col.fi. C.si aduers.solu.in quib.locis asserit̃,hãc eẽ cõem opi. & Pau.ĩ d.l. sđ & si me putẽ,adducit rõnẽ,quia isto casu soluẽs tale indebitũ dr̃ tractare de dãno,& recipiẽs de lucro,ɔñr solutũ ẽt p erro
42 rẽ iuris p̃t repeti.Et†licet ẽt hr̃s videat̃ primo aspectu tractare de lucro: tñ quia tale lucrũ est radicatũ,& in p̃sona hr̃dis quæsitum,iõ consideratur ut damnum non vt lucrũ, ut dicit Bart.& ibi firmat Ias.in l.non amplius.§.1.de leg.1.& in p̃prijs terminis idẽ Ias.ĩ d.l.cũ quis,nu.13.& ĩ l.q̃uis,§.si putẽ,nu.12.ff.de
43 ɔd.ind.ubi ad id cumulat alias deci.Ex†quib.patet,ꝙ ad repe. d.legati ĩdebitè soluti soluẽtib.ɔpetit condõ ĩdebiti, tum quia solutum est indebitum oĩ iure, tum quia solutum est p errorẽ ut dñt doc.in l.si nõ sortẽ.§.decẽ,maximè Ias.in 1.not.ff.de ɔ-
44 dict.ind.Tum†ẽt quia apparet solutum ex cã de p̃terito, quæ falsa est l.damus.ff.de ɔd.ind.& p gl.ĩ rub.ff. de ɔd. ob cau. &
45 p doc.& Mod.ĩ l.si diuersa,nu.3.de trãs. Cõpetet†ergo aduersus illum,cui fuit indebitè solutum l.his solis.ff.de ɔd.ind. cũ ex tali solutione factus sit locupletior.d.l.si nõ sortẽ.§.libertus & d.l.2.in fi.ff.eo.ti.Quæ cõdõ nedum locum habebit aduersus solutum,sed ẽt aduersus p̃missum,si p administratores hr̃dis p̃missio soluendi legatum facta eẽt attinentib. ulteriorib.
46 l.is qui.ff.de cond.ind.¶†Ad ultimum dubium,an tale legatũ duc.30.debeat̃ ser Bõbeno,& ser Frã.Bõbeno, & ser Vgoni, & ser Frã.de spineta,quib.ipsa testatrix fecit,& reliquit alia legata particularia,dico ꝙ & legatum q̃titatis, & alia legata relicta p̃dictis sui natura sunt multiplicabilia,& iõ p̃dictis,si attinẽtes sunt,& p̃ximiores,vt dictum est superius,ipsius testatricis, utraq; legata debent̃ particularia ipsis facta absq; dubio , legatũ
47 q̃titatis duc.30.p̃ quolibet attinẽte ẽt.Moueor†ex his, q̃ vult Cy.& cõiter oẽs alij in l.cum qõ.§.fi.C. de leg.& Bar. p illum tex.ĩ l.qui Marco.ff.de annu.leg.& ĩ l.4.ff. de stip.ser. & in l.si ɔsul.col.1.ff.de ado.& in l.doli clausula,in fi.ff.de uer.ob.quẽ cõiter ẽt sequunt̃ ibi doc.maximè Ias.nu.4.& 5.adducẽs ɔcor. ubi uolunt,ꝙ si testõr reliquit cuilibet frũm p̃dicatorum cappam & priori bibliam, ꝙ talis prior ɔsequet̃ utrunq; legatum, ex quo illud ultimum uenit ampliatiuè,& ẽt ponũt exẽplum, ꝙ si testõr reliq̃t Priorib.alicuius ciuitatis.100.itẽ reliq̃t.50.Titio,qui ẽt erat de priorib. dictus Titius ɔsequet̃ utrunq; lega-
48 tũ.Illa†.n.dictio,itẽ,uenit continuatiuè, cũ apponat̃ in orõne p̃fecta.l.item apud Labeonem,in prin.ff.ad turp.& p Soc. cõs. 10.q̃uis.col.8.uersi.est ergo aduertendum,uol.1. & faciunt,q̃ hñr in l.si plurib.§.1.de leg.2. ɔñr si prædicti legatarii sp̃ales, & particulares sunt attinentes, & proximiores ipsius testatoris consequentur etiam dictos duc.30. Parisius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Testamentũ conditum omissa solennitate iuris ciuilis nullum est.*
2 *Idem si omissa est solennitas iure cano.requisita.*
3 *Statutũ circa testamenti factionem disponens obseruandum est.*
4 *Et quid si addit nouam formam, & nihil disponit de solennitatibus requisitis de iure communi.*
5 *Statutum derogans iuri ciuili, quoad unam solennitatem, non dicitur derogare alijs.*
6 *Statutum correctorium strictissimè est interpretandum.*
7 *In testamento necessariò requiritur hæredis institutio considerato iure ciuili.*
8 *Huic solennitati, & dispositioni testator derogare non potest, nec contrauenire.*
9 *Clausula, si non ualet iure testĩ, ualeat iure codicillorum, uel alio meliori mõ &c.an & quando supplet hæredis institutionẽ.*
Clausula, omni mel.mõ &c.cuius importantiæ sit, & num.10.
11 *Ab intestato succedunt proximiores.*
12 *Neptis ex fratre an obtineat locum patris, & succedat unà cũ patruo.*
13 *Succedentes ab intestato tenentur præstare legata relicta per testatorem, si dispositio sustinetur, per illam clausulam, omni meliori modo &c.*
14 *Clausula apposita in fine unius capituli, an sit referenda ad omnia præcedentia.*
15 *Et an & quando sit referenda ad proxima tantùm.*
16 *Et quid si adest persona consanguinea testatoris.*
17 *Et clausula in fine apposita est generalis, nec adest ratio, quare magis ad proxima, quàm ad omnia referatur.*
18 *Legatum relictum pauperibus Christi, non erit inualidum ratione incertitudinis.*
19 *Dictio seu sermo, suus, ad præteritum & ad præsens, quando refe ratur, & non ad futura.*
20 *Et quid si legatum fuit translatum in alium usum, & in alias personas pauperes.*
21 *Nomina debitorum non computantur in bonis stabilibus, faciũt enim tertiam speciem, & nu.23.& seq.*
22 *Pronomem, meum, dominium denotat.*
24 *Nomina debitorum non comprehenduntur in iurib.dependentibus, & utilitatibus bonorum stabilium.*
25 *Legatum ecclesiis in effectu pertinet ad homines, & personas ad ministrantes, & gubernantes illas ecclesias.*
26 *Fraternitates administratæ per laicos, an dicantur loca pia, & nu.27.& seq.*
Et personæ ecclesiasticæ, an possint in illis se intromittere.
leg. ubi Bar. Saly. & alij expressè hoc firmant, & no. Ang. Aret.
in §. cum filius, insti. de hæredi. quæ ab intest. defe. & Alex. idẽ
firmat cõsi. 44. col. 6. uol. 5. & plenè ponit Dec. in cõsil. j. & cõsil. 117. in casu proposito, nu. j. & per totum, ubi allegãdo alias
decisi. cõcludit, ꝙ in fideicommisso, per quod succeditur trãsuersalib. filius non subintrat locum patris sui præmortui, nec
succedit unà cũ patruis suis, quando per fideicõmissum succeditur

ditur patruo magno, uel auunculo magno, ut est in casu pn̄ti.
13 Ex † quib. īfert, ꝙ nec ipse Malacreas, nec ipse Bartholomæus
potuerūt succedere d. Bernardino quò ad dictā domū & a for
tiori minus potuit succedere Laura filia d. Malacreæ, & absq;
aliquo dubio succedere non pn̄t Iulia, & Vrsula filiæ d. Laurę.
Eo magis : qm̄ d. testór sp uoluit masculos pręferri fœminab.
& fœminas uenire in defectum masculorū, & ꝯsiderando ma-
sculinitatem eam ꝑtulit, argu. not. in §. cæterùm, instit. de legi.
agn. succe. & in l. 1. §. pen. ff. de ven. insp. cum sim. & per Soci.
ꝯs. 42. 43. uol. 3. ¶Secundum principale discutiendum est, an
bona p dictū testórem relicta Bernardino, q mortuus est sine
filiis masculis, ueniant restituenda p fideicommissum p̄dictis
Emanueli & Gaspari, & successiuè eorum filiis, & an D. Iulia,
& Vrsula possint prætēdere aliqđ ius sup illis, & an Malacreas
potuit disponere de portione sua, ꝑut disposuit Bernardinus.
Circa qđ aduertendum est, ꝙ d. testór in suis codicillis expres-
sè reuocauit instōnem in suo testō factam in persona do. Agne
tis de dimidia suæ hæreditatis, & in dicta parte dimidia insti-
tuit hæredes d. Malacream Emanuelem, Bernardinum, & Ga-
14 sparem. Quæ † reuocatio, & institutio in codicillis facta, attē
to rigore iuris, fuit nulla, & inualida, insti. đ codicil. §. codicil.
& §. seq. ff. eo. tit. l. 1. §. fi. & in l. quidam in suo. §. si. ff. de condi.
insti. & in l. hæreditate. & in l. si idem. C. de codicill. l. hæredi-
tas. C. de his, quib. ut indig. & in l. Scæuola. ff. ad Treb. cū aliis
15 concor. Tn̄ † attenta benignitate, & æquitate hodie talis insti
tutio ualet, non in uim directæ substōnis, sed in vim fideicō-
missi, ut est tex. formalis in d. l. Scæuola, & sequunt̄ oēs doct.
ibi, & ponit Bar. in l. 1. ff. de codicil. & in l. uerbis ciuilib. co. 2.
ff. de uul. & pup. & firmant oēs scrib. in l. precib. C. de impub.
& d. §. codicillis, & in d. l. hæreditas, & in d. l. 2. & in d. l. si idē.
16 Et † potissimè quia in istis codicillis est apposita cl'a, ꝙ si non
ualet iure codicillorum, ꝙ talis dispositio ualeat iure fideicō
missi, seu ultimæ uoluntatis. Quę cl'a tanto magis operat̄, ut ta
lis dispositio ualeat in uim fideicōmissi, iuxta not. p Bar. in l. 1.
ff. de iure cod. & per gl. & alios in auth. ex cā. C. de libe. ꝑte. cū
aliis allegatis p Cor. ꝯs. 44. vī, col. 3. ver. qcquid aūt, uol. 3. Ex
quib. infertur, ꝙ institutio facta in dictis codicillis in persona
d. Malacreæ, & fratrū, nullo mō ualuit, nec ualet iure directo,
sed solùm iure obliquo, & in vim fideicommissi. Videtur em̄
per eam testator ipse rogasse succedētes sibi ab intestato, ut re
stituerent per fideicommissum dictis Malacreę, & fratrib. me-
dietatem dictę hereditatis, in qua fuit instituta d. Agnes. ¶Et
quia testator ipse uoluit, dictos Malacream, & fratres uenire
ad dictam medietatem hereditatis cum illis declarationibus,
& onerib. factis & ordinatis in suo testō, idcirco animaduertē
dum erit, quæ, & qualis fuerit volūtas dicti testatoris circa p̄-
dicta. Et verè considerando testm̄, & declarationes in illos fa
ctas reperio, ꝙ testator ipse uoluit, in medietate hereditatis, in
qua instituerat do. Agnetē, ea defuncta debere succedere eius
filios masculos, & illis deficientib. debere uenire eius filias fœ
minas, & sic ꝙ mortua do. Agnete filij eius masculi succederēt
In codicillis uerò ipsi filij masculi expresè sunt instituti, &
consequēter per fideicommissum uocati, non post mortē do.
Agnetis, sed statim, reseruato tamen usufructu nomine Agne-
tis in bonis non alienatis, & sic per codicillos tm̄ fit alteratio,
ut statim per fideicommissum possint uenire do. Malacreas, &
fratres ad medietatem hæreditatis prędictæ, ad quam ex testō
uenire non poterant, nisi post mortem do. Agnetis, in alio aūt
do. Malacreas, & fratres non reperiuntur grauati. nam tunc de
mum filiæ fœminæ do. Agnetis poterant uenire, qn̄ nō super-
17 essent filij eius masculi. Consequenter † stantibus masculis nō
uocantur feminæ, & alij gradus substitutionum ruunt : quia
sunt facti sub dicta ꝯditione, si non extarent eius filij masculi
ut in l. 1. C. de conditio. insert. & ponit Old. ꝯsi. 21. thema tale
est, cum aliis cumulatis per Deci. in d. consi. 387. col. 2. & 3. &
consi. 95. & pro tenui, col. penul. & fin. Quibus cōsideratis di-
co, ꝙ nec Malacreas, nec Bernardinus, nec alij fratres fuerunt
grauati per fideicommissum. Solùm enim ipsi fuerunt uocati
ad fideicommissum, & tanquàm uocati illud consecuti fue-
runt, nec ulterius apparent grauati, nisi casu quo nunquā ex-
tassent, uel fuissent, qui casus, uel quæ conditio defecit : quia
oēs extiterunt, & fideicommissariam hr̄ditatem dicti testoris
18 pro medietate consecuti fuerunt. Et † quia nullus ipsorum
Malacreæ, & fratrum apparet vlterius grauatus, idcirco quisq;
ipsorum de dicta portione hæreditaria, prout ad unumquēq;
ipsorum per fideicōmissum peruenit, liberè, & suo arbitrio po
tuit disponere, prout de re propria non uinculata, nec fideicō-
misso aliter subiecta, iuxta l. primam, C. de testamē. cū si. iūctis
19 no. in l. in re mandata. C. mand. Et † quia tā Malacreas, q̄ Ber-
nardinus solenniter testati sunt, eorū testamenta obseruari de-
bent, uulgato. §. disponat, in auct. de nuptijs. l. j. C. de sacrosan.
eccle. cū si. Et illi cōsequi debent dicta bona, quos illa habere
20 uoluerunt do. Malacreas, & Bernardinus testando. Non † enim
isto casu bona dicti ser Bar. testōris amplius sunt cōsideranda,
ut sua. ex quo fuere incorporata, & unita cū reliquo patrimo-
nio dictorū Malacreę & Bernardini, l si cum plures. §. si filio.
ff. de uulg. & pup. & plenè p gl. & doc. in l. j. §. ueteres. ff. de acq.
poss. Et quia dicti Malacreas, & Bernardinus p dictū ser Barto-
lomeū testatorē nō apparēt modo aliquo grauati onere alicu-
ius fideicōmissi, idcirco non est tractandū, an dicto Ber. & Ma-
lacreæ per fideicōmissum potuerit succedere Emanuel, & Ga-
spar, uel Bar. filius Malacreę, ex quo in persona p̄dictorū nullū
fuit fideic. Solùm enim d. Malacreas, & fratres per testamentū
d. ser Bar. fuerunt uocati per fideicōmissum ad dictam medie-
tatem hæreditatis post mortem d. Agnetis, in codicillis autem
hoc fuit alteratum, ut statim ēt uiuente d. Agnete uenirēt quò
ad proprietatem, in quib. codicillis d. Malacreas, & fratres nō
apparent aliter grauati, & ideo illis cōsideratis non est tractā-
dum de aliquo fideicom. passiuè in persona ipsorum facto. Si
uerò consideramus declarationes factas in testō, ad quas testa-
tor codicillando se refert, & tunc solùm reperio d. Malacreā,
& fratres tanquā filios mascu. d. Agnetis, post mortē eius per
fideicommissum esse uocatos ad medietatem hæreditatis, in
qua d. Agnes erat instituta, nec ulterius apparent grauati. Nam
fœminæ ex d. Agnete uocantur, qn̄ deficiunt masculi, quę con-
ditio euanuit stantib. masculis filijs do. Agnetis, Malacrea sci-
21 licet, & fratrib. Et † quia substitutio ipsos non grauat, nec nos
grauare debemus: ualidum enim est argumentum in substitu-
tionib. dicere, hoc non dicit substitutio, ut no. dicit Old. con-
sil. 21. thema, & Abb. consi. 140. facti contingentia, & Soc. cō-
sil. 62. uiso ca. nu. 7. uol. 3. Et sic bene oīb. discussis apertissima,
& clara resolutio est, ꝙ do. Malacreas, & Bernardinus non fue-
runt grauati aliquo fideicōmisso, sed solū uocati: & quia illud
cōsecuti fuerunt, iō de eo potuere disponere, ꝑut disposuerūt,
quæ uoluntas attendi dēt, ut s̄. deductum fuit. ¶Et si quispiam
diceret, ꝙ imò testator uoluit deficientib. Malacrea, & fratrib.
illi succedere masculos, quib. deficientib. & fęminas: quia vr̄
fecisse plures gradus substitutionum, & ꝯn̄r Malacreas, & Ber-
nardinus uidentur esse grauati. Dico, hanc intelligentiam non
posse stare, ex quo uerba dictæ substitutionis, primò uocant fi-
lios masculos do. Agnetis, & illis deficiētib. filias eius do. Agne
tis, & sic restricta apparet ad filias do. Agnetis tantū, non ad fi-
lios filiorum, sed solùm ad illos, & illas in primo gradu existē-
tes, & existentib. filijs masculis do. Agnetis, alij gradus substi-
tutionum ruunt, imò solùm uocati apparent filij masculi do.
Agnetis nō descēdētes ex filijs, & iō sumus in decisi. de qua s̄.
22 Et † quia habuit locū in primis filijs, ulterius ad nepotes non
porrigitur, ut dicit Bar. in l. liberorū. ff. de uerb. sig. col. pe. uer.
quero quid, & in l. Gallus. §. idem credendū. ff. de lib. & posth.
& per Dec. d. cōsil. 95. col. pe. & fi. Et si adhuc diceretur, ꝙ alia
fuit mens testatoris, uidelicet, ꝙ iste Malacreas, & fratres habe
rent locum matris, & sic ꝙ ipsis mortuis, eis succederent eorū
filij masculi, & eis deficientibus fœminæ. Dico iterum hoc nō
posse colligi ex uerbis testamenti, ad quę codicillando testator
se refert, & cum uerba hoc non dicant, succedit ꝯcl'o, ꝙ etiam
substitutio hoc non dicit, ut s̄. deduxi. Et sic ista intelligentia
non potest sumi. Et si sumeretur, adhuc non obstaret quo ad
portionem Bernardini, qui mortuus est sine masculis, & fęmi-
nis, quo etiam casu non possunt succedere ipsę Vrsula, & Iulia,
nec Bartolomeus eorū frater, sed solùm Emanuel, & Gaspar,
23 rationib. & iurib. s̄. deductis in articulo domus. Item † & alia
rōne, q̄ insimul, & pariter seruit in alia portione, ēt relicta Ma-
lacreæ. nā ipse testator post gradus, quos fecit substituēdo, uo-
luit ꝙ d. Agnes, & habituri cām ab ea possint alienare dicta bo
na, & de eis facere totam eorum uolūtatem, quo casu data est
eis potestas alienandi, & disponendi, tam in uita, quàm in ulti
ma uoluntate, ut in l. si quis prioris. §. si certum, ubi omnes do
cto. C. de secun. nupt. & per Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de
verb.

uerb.obli.cū aliis adductis p Soc.ↄſ.31.uiſo,col.pen.& ↄſ.43. uiſo,nu.2.uol.4.Cõſequẽter Malacreas,& Bernardinus ĩ ultima voluntate,& teſtõ potuerũt diſponere ex ptãte eis attributa a teſtõre,p quã ceſſat oĩs pſumptio fideicõmiſſi.Eo † magis 24 qa data eſt,ut poſſint facere totam eorũ uoluntatẽ,q̃ uerba dè notãt liberũ arbitriũ,& abſolutũ nõ limitatũ, ut ĩ l.cũ q.dã,de leg.2.cũ aliis cumulatis p Iaſ.ĩ l.ſi ſic legatũ,col.pen.nu.27.& ſeq.de leg.1.Cõſequẽter ex oĩ capite d.Iulia,& Vrſula excludũtur,& ſeruari dẽnt teſtã Bernardini,& Malacreæ. Pariſ.Pad.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris uoluntas uim legis obtinebit.*
2 *Verbum, deueniat, à teſtatore prolatum fideicõmiſſum inducit.*
3 *Subſtitutio collata poſt mortem fideicommiſſum inducit, & compendioſam continet fideicommiſſariam, & nu.4.*
5 *Conditio habens tractum in futurum fideicõmiſſariã importat.*
6 *Etiam ſi non eſſet appoſita dictio, qñcunq; decederent grauati.*
7 *Quòd bona deueniant in proximiores, qui dicantur uocati.*
8 *Alienationis prohibitio facta cum expreſſione cauſæ fideicõmiſſariam importat, & melius nu.33.34.*
9 *Teſtator uolens bona perpetuò ſubiacere fideicommiſſo, ſubſtitunem fideicommiſſariam induxiſſe uidetur.*
10 *Verba, ꝙ bona conſeruentur, fideicommiſſum important.*
11 *Dictio, ut ſupra, relatiua eſt præcedentium.*
12 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio conditionaliter facta, intelligitur ex uerbis prolatis a teſtatore.*
13 *Subſtitutio conditionalis redditur pura conditione adimpleta, & uerificata.*
14 *Fideicõmiſſi conditio dr̃ ueniſſe, & ceſſiſſe conditione purificata.*
15 *Fideicommiſſum iſto caſu redditum fuit purum, & ſimplex.*
16 *Fideicommiſſum non ſubſiſtit propter incertitudinem perſonarũ quibus relictum eſt.*
17 *Fallit ſi incertitudo poteſt reddi clara per relationẽ alterius ſcripturæ, & teſtamenti.*
18 *Relatum continetur in referente cum omnib.ſuis qualitatibus.*
19 *Diſpoſitio certa redditur propter adiectionẽ alicuius qualitatis.*
20 *Diſpoſitio certa redditur, quando æquipollens certum eſt.*
21 *Fideicommiſſum conditionale expirat, quãdo fideicommiſſarius pendente conditione mortuus eſt.*
22 *Fallit, quando teſtator ad fideicommiſſum uocauit non ſolùm fideicommiſſarium ſed deſcendentes ex eo.*
23 *Item fallit, quando alij erant uocati in teſtõ alterius aſcẽdentis.*
24 *Fallit, etiam quando adeſſent coniecturæ, ex quibus appareret, teſtatorem uoluiſſe durare fideicommiſſum poſt mortem ſubſtituti morientis pendente conditione.*
25 *Hæres grauatus fideicommiſſo diſponere poteſt de bonis aliunde per ipſum quæſitis.*
26 *Hereditatis appellatione ueniunt omnia bona diſponentis.*
27 *Poſt aditionem hæreditatis bona dñr hæredis, & non teſtõris.*
28 *Sequentia declarant præcedentia.*
29 *Cauſa falſa non uitiat fideicommiſſum.*
30 *Fideicommiſſarius dicitur conſequi bona ex primo teſtamento, & non ex ſecundo, in quo illud idem fuit ſibi relictum.*
Hæres grauatus fideicommiſſo, diſponens illa bona peruenire ad illum fideicommiſſarium, non aſtringit eum, quominus illa conſequatur uirtute primi teſtamenti, & non ſecundi.
31 *Hæres grauatus ſuper dictis bonis non hẽt poteſtatẽ diſponẽdi.*
32 *Alienationis prohibitio, an & quãdo inducat fideicommiſſum.*
33 *Et an neceſſe ſit, quòd perueniatur ad actum alienationis.*
34 *Dictio, ſemper, perpetuitatem inducit.*
Clauſulæ acceſſoriæ ad principalem diſpoſitionẽ illã nõ alterant.
35 *Clauſulæ poſitæ ad executionem diſpoſitionis illã non alterant.*
36 *Teſtamenti una pars declaratur per aliam.*
37 *Teſtator diſpoſuiſſe præſumitur illud, quod ordinaſſet ueroſimiliter, ſi de eo fuiſſet interrogatus.*
38 *Caſus non dicitur omiſſus, ſi uenit ex mente teſtatoris.*
39 *Fideicommiſſum nedum uerbis expreſſis, uerùm ex coniecturis inducitur.*
40 *Subſtitutio expirat, ſi grauatus mortuus eſt cum filijs, eſto quòd filij poſtmodum moriantur ſine filijs.*
41 *Caſus a teſtatore omiſſus remanet decidendus ſecundùm diſpoſitionem iuris communis.*
42 *In ſubſtitutionib. ualet argumentum, ut dicatur, ſubſtitutio hoc non diſponit.*
43 *Poſiti ſub conditione non dicuntur diſpoſitiuè uocati, nec honorati, & conſequenter grauari non poſſunt.*
44 *Poſiti ſub conditione excludunt ſubſtitutum illo caſu uocatum.*
45 *Fideicommiſſarius moriens pendente conditione fideicommiſſi illud non tranſmittit.*
46 *Fideicommiſſo uniuerſali an derogatum uideatur per fideicom. particulare.*
47 *In fideicommiſſis, & alijs ultimis uoluntatibus teſtatoris mens prædominatur.*
48 *Et ſatis eſt, quòd mens colligatur ex coniecturis.*
49 *Et illa præfertur uerborum interpretationi.*
50 *Fideicommiſſum inducitur ex tacita uoluntate teſtatoris ex coniecturis collecta.*
51 *Attenditur uoluntas teſtatoris potiuſquam ſcriptura, quæ præſumitur defectiua.*
52 *Confeſſio ſuperat omnem aliam ſpeciem probationis.*
53 *Potiſſimum quando fit ab infirmo, & proximo morti.*
54 *Et quando fit à perſona honeſta, & bonæ, & probatæ uitæ.*
55 *Paternus amor erga filios ualde conſiderandus eſt.*
56 *Teſtator ſecundus declarans uoluntatem primi teſtatoris magnam præſumptionem inducit ad diſpoſita per eum, ſi in aliquo ſunt dubia.*
57 *Eò magis, cũ iſtud declaratũ fuerit p alios ſubſequẽtes hæredes.*
58 *Confeſſio facta parte præſente præſumitur ab illa acceptata, ſi in illius fauorem tendit.*
59 *Eo magis cum ad id concurrat publica uox, & fama.*
60 *Ver. liberis, ad quos referatur.*
61 *Copula, &, poſita inter uerba filijs, & uer. liberis, an & quãdo ſtet reſtrictiuè, & qualificatiuè, & quando ampliatiuè, & augmentatiuè.*
62 *Copula, &, ponitur inter diuerſa.*
63 *Fideicommiſſum iniunctum hæredi ſub duplici conditione, tranſit in nepotes mortuo primo hærede.*
64 *In dubio fideicommiſſum cenſetur iniunctum primo hæredi, & non eius filijs, & deſcendentibus.*
65 *Filiorum appellatione an ueniant nepotes.*
66 *Et quid ſi tractatur de ipſorum commodo.*
67 *Et quid ſi concurrit mens teſtatoris, & eadem uiget ratio in nepotibus, quæ in filijs.*
68 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex coniecturata mente teſtatoris.*
99 *Ratio pro expreſſa habetur, ſi unica tantùm poſſet aſſignari, & conſiderari.*

CONSILIVM LXXV.

Circa teſtamẽtũ conditum p q.Io.Fran. de Sulimanis, apertè ex eius tenore conſtat, iſtos nobiles de Saluaticis per fideicommiſſum eſſe uocatos. Nam ipſe Io.Franciſcus teſtator primò inſtituit Iulianum, Camillum. Alex. & Iulium eius filios legitimos, & naturales, & eos ac deſcẽdẽtes ex ipſis maſculos in infinitũ inuicẽ ſubſtituit, ẽt p fideicõmiſſũ, & ulterius uoluit, deficiẽtib. filiis, & eorũ deſcẽdẽtib. ita ꝙ oẽs eſſent extincti, bona ſua deuenire in proximiorem maſculũ ipſius teſtõris, q̃ eſſet đ familia Sulimanorũ, natũ tñ de legitimo matrimonio, declarando, ꝙ intentio ſua erat, ꝙ ſua hæreditas deueniret in deſcendentes ipſius teſtõris, & illis deficiẽtib. ꝙ deueniat in illos de Saluaticis ꝓximiores ipſius, & in deſcẽdẽtes ex eis. & qm̃ p̃dicti eius filij oẽs mortui ſunt, nullis penitus relictis deſcẽdẽtib. ex eis, & ulterius nullus de familia Sulimanorũ natus de lr̃imo matrimonio exiſtit. Meritò illi de Saluaticis, & deſcẽdẽtes ex eis ꝓximiores d.teſtõris ad eius hr̃ditatẽ uenire debent, cũ iſto caſu expreſsè appareãt uocati ab ipſo. Il-
1 lud † eñ verbũ, declarans. d. teſtõr &c. apertè inducit fideicõmiſſum, cũ p illud ipſe teſtõr ſuã intentionẽ declarauit, & uoluerit, ꝙ deficientib. filiis ſuis, & deſcẽdentib. ex eis hęreditas ſua deueniat in illos de Saluaticis, q̃ declaratio voluntatis vim legis obtinet. §. diſponat. in auth. de nupt. cũ uulg. & primũ locũ obtinet. l. in conditionib. primũ locũ. ff. de ↄd. & dem. cum
2 ↄcor. Et † q̃a clara eſt & aperta, omnimodo obſeruanda erit, ſm̃ diſpoſitionem, & ordinẽ ipſius. Illud enim ver. deueniat, fideicõ. inducit, ut eſt tex. apertus, & ibi Cano. tradunt, in cap. Raynaldus, in uer. deuenirent, extra de teſta. cum aliis plenè cumu-

cumulatis p Ias.in l.centurio.ff.de uulg.& pup.co.pen.nu.63.
3 uers.postmodum quærit Bart. Tum † ēt quia talis substitutio
collata apparet post mortem filiorum,& descendentiū ex eis,
ut colligitur ex illis uer.deficientib. & ex illis, ita ꝙ oẽs essent
extincti,ut hr̃ in auth.de hær.& Fal.§.hinc nobis,in gl.in ver.
deficientis,& p Albe.de Rosa.in uer.deficiens,in suo dictiona
rio. Et qñ est collata in tale tempus mortis, includit substitu-
tionem cõpendiosam: ut firmat gl.& ibi oẽs not.in l.in testō.
C.de testa.mil.& tradit Alex.ↄs.22. col.2.uers.si diceret,uol.
2.& Soc.ↄs.93.suprascripti insignes,col.3. uers.sed istæ rõnes,
uol.1.& traditur per omnes in c. si pr̃,de testa. lib.6.& in d.l.
4 Centurio.cum si. Et † talis compendiosa continet sub se fidei
commissariam,qñ facta est impuberi,ut fuit presens, ut tradit
Bar.in d.l.Cẽturio,in 1.q.4.q.prin.col. antep. & pen. quē ibi
* sequuntur cõiter * oẽs,& firmant ēt scrib. in l.precib.post gl.
C.de impub.& Cano.in d.c.si pr̃,& in c.Raynutius,& in d.c.
5 Raynaldus,ex̃ de testa.Et † ēt quia d.testōr adiecit talē ↄdõnē
comprehenden. oē tp̃s, & habētem tractum in futurum,& iō
sub compendiosa ↄtinetur fideicommissaria : ut oẽs firmant
6 in d.l.precib.in d.l.Cẽturio,& in d.c.si pr̃. Esto † ꝙ non appa
reat posita dictio, quandocunque decederent &c. ut cõcludit
Bar.in d.l.Centurio,col.10.uers.2.oppono ad prædicta,& do
cto.in locis s̃.allegatis,& Ias.in l.uerbis ciuilib. col.2. nu.16.
7 & seq.ff.de uulga.& pup. ¶†Et si quis diceret,ꝙ illa uer. & in
proximiorem d.testōris, & descendentes ex eo, debent referri
ad transuersales de Sulimanis, proximiores testōris,de quibus
dixit superius,ut sonant uerba ipsius ibi,ut s̃. declaratū est, &
sic relatio non est facienda ad proximires illorum de Saluati-
cis.Adhuc dico, ꝙ vers.sequēs uocat illos de Saluaticis ad oīa
bona ipsius testatoris,ibi,quo oẽs sp &c. ubi testator omni ca-
su ad inuicem substituit,& sp omnes,de quibus superius fecit
mentionem,& sic reciprocè uocauit ipsos de Saluaticis, de q-
bus iam superius dixerat. Prout etiam fideicommissum appa-
ret inductum ex alio c.d.testamenti, ibi. item prædictus testa-
tor prohibuit,ubi hr̃des,& descendentes ex eis prohibiti sunt
alienare bona hæreditaria ea ratione: qm̃ testator uoluit bo-
na sua integrè peruenire in descendentes masculos, & in oẽs
alios nominatos s̃. & ↄn̄r in dictos de Saluaticis, quos iam s̃.
nominauit.& ulterius addidit,ꝙ ĩ dictis bonis faciebat substi-
tutionem per fideic. ita ꝙ in omni casu eius bona subiaceant,
& subiacere debeant restitutioni fideicõmissi,ut perpetuò con
8 seruentur penes eos,quos nominauit.Per † quam prohibitio-
nem alienationis factā cum expressione dictæ causæ inductū
fuit fideic.quò ad ipsos, quorum contemplatione facta appa-
ret,ut plenè traditur in l. filiusfam.§.diui,de lega.1.& per oẽs
scrib.max.Alex.Aret.& Soc.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de
uerb.obl.& pet Soc.ↄs.57.in cā, & cons.44. visis,vol.3.& per
Dec.consi.23.& pro tenui,& consi.38.circa primum,& cons.
9 nouiter impresso 23.in casu,col.2.Et † ēt qa testator expresè
uoluit, bona sua perpetuò subiacere fideicõmisso, ẽm condi-
tiones appositas superius,& omni casu pdicto voluit,& expres
sè induxit fideic.vñ sine dubio fideicō.isto casu apparet indu-
ctum,ut expresè firmat Bar.in d.l.Centurio, col.antep.versi.
4.principaliter quæro,& concludunt oẽs in d.l.precib.& illa
uer.perueniant &c. idem importãt,ut tradit Bar.in d.l.Cen-
turio,col.pen.uers.& primò de uerbo perueniat,quem oẽs cō
* muniter * sequuntur. Et † etiam illud uer.ↄn̄r, fideic.impor-
10 tat,ut est tex.& ibi Bar.tradit in l.filiam.ff.de au. & arg.legat.
Et quia testator in isto cap. testamenti fideic. induxit in omni
casu, & erga oẽs, quos s̃.nominauerat, ut patet ibi, quos oẽs
nominatos, ut s̃. & ibi,in illos, de quib.s̃.facta est mentio,&
11 ibi, & per fideic.ut s̃. Quæ † uerba relatiua comprehendunt
eos, qui in precedentibus expressi sunt, & continentur,ut per
illum text.tradit Bart.in l.1.§.hoc edicto.ff.de postul.& idem
Bar.in l.talis scriptura.§.fi.de lega. 1.Et cum ipsi de Saluaticis
in præcedentib. capitulis testī expresè uocati appareant a te-
statore,casu quo deficerent filij,& descendentes ipsorum,nul
12 la cadit dubitatio,quin ad tale fideic.non ueniant. ¶†Et licet
talis substitutio fideicommissaria fuerit conditionalis,& colla
ta in casum,in quem filij decederent sine descendentib.& oẽs
essent extincti,& casu quo nullus extaret de familia Sulimano
rum natus de legitimo matrimonio, vt probãt illa uerba, casu
prædicto,ꝙ nõ reperirētur, & ibi, ita ꝙ omnes essent extincti,
13 & illi ablatiui absoluti,deficientibus &c. Tamen † quia dictæ
cõditiones fuerūt uerificatæ: qm̃ oẽs filij testōris mortui sunt
sine descēdentib. & nullus ipsorū reperitur, nec ēt extat aliqs
de familia Sulimanorum natus de legitimo matrimonio.Ve-
14 rùm † erit dicere,conditiones d.fideicommissi uenisse,& ces-
sisse.l.cedere diem.ff.de verb.sig.l.gn̄aliter,in prin.C.de insti.
& substi.tradunt omnes in d.cap.si pr̃, & in d.l.Centurio,&
15 in d.l. precibus. Et † per euentum dictarum conditionum fi-
deic.effectum fuit purum.l.fi.§.1.ff.de uulg.& pup.l.si pupil-
lus,in fi.ff.de cōd.instit.no.Bal.in l.cū testō,in fi. C.de manu.
testa.& Aret. per illum tex.in l.fi.§.cum mihi,uers.sed rursus.
ff.de uerb.obl.Consequenter per euentum talis ↄdõnis restitu
tio fideicommissi facienda est ipsis de Saluaticis substitutis,&
isto casu uocatis ab ipso testōre,vt in l.pen.& fi. C.ad Treb.&
est tex.in l.filium quem habentem.C.famil.ercisc.& tradit Bal.
16 ↄs.286.super primo,vol.3.¶†Nec prædictis obstat,si diceret,
tale fideic.nõ subsistere rõne incertitudinis.Nā dicti de Salua-
ticis non fuerunt nominatim expresi ab ipso testatore, & qñ
fideic.relinquitur incertæ persone, non subsistit, ut plenè tra-
ditur in l.quidā.ff.de reb.dub. & in §. incertis uerò personis,
inst.de leg. Nam ipse testator relationē habuit ad illos de Sal-
uaticis uocatos in testō sui patris,ut sonant uerba p ipsum pro
lata referentia se expresè ad dictū testm̄ paternum, in quo pa
terno testō uocantur Antonius,Thomas,Fran.& alij fratres fi
lij do. Bartholomei Saluatici, & nepotes dicti primi testōris
nati ex do.Insengarda ipsius sorore,quo fit,vt perinde iudican
dū sit,ac si noīatim, & expresè ab ipso secundo testatore fuis-
17 sent ad fideic.per ipsum facta uocati.Et † appellatione filiorū
ueniūt nepotes in materia testamentaria,& fauorabili,qñ uo
cantur in substitutione actiua, & sic ad cõmodum, ut inferius
18 dicetur.Relatum † enim continetur in ipso referente cū om
nib.suis qualitatib.l.asse toto.ff.de hære.insti.l.si ita scripsero.
ff.de cond.& demon.auc.si qs in aliquo documēto.C.de edē.
l.Titia.§.idem respondet.ff.de uerb. obl.tradit Bar.in l. 1.ff.de
recepta.& in l.si qs seruū.§.fi.col.pen. vers.sed q̃ro, de leg.2.
cum si.traditis p doc.per illum tex.in l.in summa.ff.de rē iudi
19 cata.Prout † ēt cessat obiectio,ex illo uer.proximiorem, p qđ
testator vocauit proximiorem suū ex illis de Saluaticis, & de-
scendentes ex eo , & per expressionē huius qualitatis persona
nedū certa, sed certissima redditr: cū talis qualitas non possit
verificari nisi in prædictis de Saluaticis, & in descendentib.ex
eis,qui attinebant, & coniuncti erant dicto secundo testatori.
20 Et † expressio huius qualitatis equipollere dēt nominationi.
l.si nominatim.ff.de cond. & demon.l.certū, ubi plenè Mod.
21 ff.si cert.per.¶†Nec circa istud obstat,si quis diceret,ꝙ illi de
Saluaticis filij dñi Bartholomæi,& dñæ Insengardæ nomina-
tim vocati fuerunt premortui añ Iulium de Sulimanis filium
vltimò decedentem ipsius secundi testatoris,& grauatū,& qñ
fideicommissarius substitutus sub conditione moritur añ gra
uatū ↄdõne pendente,non pōt talem spem,& ius fideicōmissi
cōdõnalis transmittere ad hæredes ēt suos, vt hr̃ in l.vnica.§.
sinautem aliquid.C.de caducis tollen.& ibi not.Bal.col.1.uer
* si.quæro nunc,& est gl.ordinaria communiter * approbata in
l.vnica.C.de his q ante aper.tab.& ponit Bar.& alij in l.1.col.
22 pen.uers.alia gl.ponit.ff.de leg.1.Nam obiectio tollitur : qm̃
dictus secundus testator nedum uocauit prædictos de Saluati
cis,sed etiam descendentes ex eis,qui essent proximiores d.te-
statori, ut sonant illa uerba ab ipso testatore prolata, quo casu
descendentes non ueniunt uirtute trāsmissionis, sed ex eo qa
expresè a testatore sunt vocati, vt tradit Bal.in d.l.vnica. C.de
his qui ante aper.tab.& in l.vnica.C. vt act.ab hær.& ↄ̄ hær.p
tex.in l.si cui fundus.ff.de cond.& demon.& ita pūctaliter fir
mat Soc.in l.hæredes mei.§.cum ita,col.4.ver.aduerte tñ,nu.
23 10.ff.ad Treb.Et †appellatione descendentium veniūt oẽs in
infinitum.l.fi.C.de suis & legit.& ĩ auth.de here.ab intest.vē.
in prin. Item cessat obiectio : qm̃ iste testator uocauit illos de
Saluaticis,ẽm ꝙ erant uocati in testō sui patris,per quē uocan
tur filij d.Bartholomei,& d.Insengardæ,& appellatione filio-
24 rū veniūt nepotes,vt dixi,& dicetur inferius.Prout † ēt cessat
obiectio,qñ adessent coniecture,per quas appareret, testatorē
uoluisse tale ius transmitti ad descendentes nominatorum.
Nam tunc bene transmittitur,ut latè tangit idem Soc.ponen-
do coniecturas in d.§.cum ita,col.4.nu.10.& seq.& cons.6.in
præsenti,col.4.& 5.uol.3.Que optimè verificātur,considera-
tis verbis prolatis a testatore, dum prohibuit alienationē bo-
norum,

norum,& voluit ꝙ in perpetuum dicta bona eſſent ſub fideic.
& ſubiacerent reſtitutioni fideicommiſſi in beneficium nomi
torum per ipſum in præcedentib. capitulis teſtĩ, in quibus,&
dicti de Saluaticis,& etiam eorum deſcendentes uocant̃.Me-
ritò ergo iſte do.Bartholomæus & fratres, filij, & deſcenden-
tes ex prædicto Franciſco, filij d.do.Bartholomæi, & dictę do.
Inſengardæ nominati, & uocati tale fideicommiſſum cõſequi
pñt. ¶Rurſus non obſtat,ſi diceretur,ꝙ tale fideicõmiſſum nõ
fuit factum ſuper oĩb. bonis dicti ſecũdi teſtõris,ſed ſolùm ſu
per illis acquiſitis per ipſum,& ſuper illis bonis paternis,quæ
non erant ſubiecta fideicommiſſo. nam in illis ſubiectis fidei-
commiſſo paterno uoluit fideicommiſſum iſtud hr̃e locum.
25 De † acquiſitis.n. per ipſum bene potuit diſponere, ut tradit̃
in l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de uulg.& pup.& per Dec.ꝯſ.80.&
208.col.2.ꝯñr ſub iſto fideicommiſſo facto per Ioã.Franciſcũ
non debent uenire bona d. Sulimani eius patris ſuper illis fa-
cientis fideicõmiſſum.Nam obiectio ceſſat qm̃ dictus teſtator
eius filius inſtituit ſuper oĩb.bonis ſuis, ad quæ bona uocauit
ẽt deſcendentes ex filiis,& caſu quo nullus eſſet ex deſcenden
tibus,uoluit, ꝙ hęreditas ſua deueniret ad illos de Saluaticis.
26 Et † appellatione hæreditatis omnia ueniunt, & comprehen-
duntur.l.hæreditas.l.nihil.ff.de reg.iur.& ff.de acq.hære.ferè
27 per totum,& ff.de peti.hæred.Et † hęreditas paterna, cui iſte
Io.Fran.ſe immiſcuit,non eſt amplius in conſideratione: cum
effectum fuerit unicũ ſuum patrimonium. l. ſed ſi plures.§.ſi
filio.ff.de uul.& pup.l.1.§.præterea.ff.de ſepara.l.1.§.veteres,
ubi plenè doc.tangunt.ff.de acqui.poſſ. ut et faciunt in Rubri
ca.ff.de acq.hær.ꝯñr fideicom.factum fuit ſuper integra,& to
ta hæreditate. Quod ẽt clarius oſtendit̃ ex alio c.d.teſtĩ,in quo
prohibuit alienationem bonorum,& iurium ſuæ hæreditatis
ea ratione : quia uolebat illa integrè peruenire ad ſubſtitutos,
& in illis facere perpetuum fideicommiſſum. Ex quo intentio
teſtatoris erat, ꝙ ſua hęreditas,& bona ꝑpetuò eſſent ſubiecta
reſtitutioni fideicommiſſi,& appellatione bonorum oĩa com-
prehenduntur.l.nã qđ.§.fi.ff.ad Treb.cũ concor.Vnde cũ ip-
ſe teſtator per capitula ſequentia declarauerit, & aperuit eius
uoluntatẽ eſſe,oĩa ſua bona,& hæreditatem ſubiacere fideicõ-
miſſo, neceſſariò fideicommiſſum factum dr̃ ſuper bonis. Per
28 † iſta.n.ſequentia declaratur illud capitulũ pręcedens.l.utrũ.
ff.de peti.hære.l.qui filiabus.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.1.
Eo magis cũ in iſtis ſequentib.aſſignetur rõ,& cã, ꝑp quas ip-
ſe teſtator motus fuit ad faciendum fideic. q̃ potiſſimum ꝯſi-
derãda ſunt.l.cum pater.§.dulciſſimis,& ibi Bart.no.de leg.2.
¶Et quatenus adhuc diceretur, ꝙ iſte Io.Fran.non potuit face
re fideic.de illis bonis paternis,in quibus pater ſuus d.Sulima
nus ꝑ prius fideic.fecerat, & iõ ipſe bene fecit reſeruare dicta
bona ſubiecta fideicommiſſo illis ſubſtitutis,& fideicommiſſa
riis uocatis per eius patrem. Nam rñdetur,tale fideic.paternũ
fuiſſe factum in beneficium dictorum de Saluaticis, ut eſt ui-
dere ex tenore teſtĩ paterni, ad quod ipſe Io. Fran. expreſsè ſe
retulit,& illud in hoc expreſsè ratificauit,quo ſit,ut iſti de Sal
uaticis uenire poſſint uirtute dicti teſtamenti paterni appro-
bati a Io.Franciſ.eius filio.Et ſi dicatur, ꝙ in teſtõ paterno ſo-
lùm uocantur filij do.Bartholomæi de Saluaticis, & non eius
deſcendẽtes. Adhuc rñdetur, ꝙ ſi ex iſto capite tale fideicom.
paternum deficeret,& per ꝯñs bona paterna non eſſent ſubie-
cta fideicommiſſo,neceſſariò ſequitur, ꝙ talia bona erant libe
ra ipſius Io.Franciſci,ꝯñr ueniũt in fideicommiſſo per ipſum
29 Io.Franc.facto,ut s̃. dictum eſt. Nam † iſta falſa cã non uitiat
tale fideic.ut eſt tex.in l.fi.ff.de hær.inſti.& plenè traditur per
eos maximè Mod.in l.demon.§.qđ aũt.ff.de condit.& demon.
Et iſtis modis ẽt reſoluitur, ſi diceretur, ꝙ ipſe do.Sulimanus
ſolùm grauauit ipſum Io.Fran. non aũt eius filios. Nam ſi hoc
eſſet, talia bona eſſent libera ipſius Io.Franciſci,ergo &c.De cu
ius tñ ſuceſſionis paternę ueritate plenius inferius dicetur,nec
dici põt,ꝙ ipſe Io. Fran.uoluit reſeruare bona ſubiecta fideicõ
miſſo per patrem ſuum in beneficium ſuorum filiorum, dũ di
ctus Sulimanus prohibuit alienationem certorum bonorũ, &
uoluit illa venire ad deſcendentes ſuos &c. Nam iſte ſenſus,&
huiuſmodi intelligentia, non põt ſubſiſtere, nec colore aliquo
põt fundari : cum ipſe Io.Fran. ſolùm reſeruauerit fideicõ.pa-
ternum,quod debebat ꝑuenire ad illos de Saluaticis ſm̃ teno-
rem teſtamenti ſui patris, & ſic non ꝯſenſit reſeruare alia fidei
commiſſa,niſi pręmdictum.Prout etiam : quia tale fideicõ.reli-
ctum per patrem in beneficium filiorũ non erat niſi in caſu ſe
cutæ alienationis, ut dicetur inferius,ex quib.reſultat firma cõ
cluſio,ꝙ conſiderato teſtõ Io.Franciſci,iſti de Saluaticis ſucce-
dunt ad integrum fideic. bonorum ipſius Io.Franciſci,& ẽt eo
rum quæ fuerunt ſui patris d.Sulimani.¶Verùm poſtremò in-
ſtari poſſet,ꝙ ipſe Io.Fran.non potuit per fideicom.relinquere
illa bona, q̃ pater ſuus do.Sulimanus expreſsè prohibuerat ip-
ſum Io.Franciſ.eius filium, & hæredem alienare, ea de cã : q̃a
uolebat talia bona ire in ſuos deſcendentes de hærede in hr̃dẽ
ex linea d.teſtatoris,& Io. Franciſci eius filij, ita ꝙ ſꝑ eſſent, &
intelligerẽtur ſub fideicommiſſo &c.Ex quib.uerbis,& ex qua
alienationis prohibitione in beneficiũ deſcẽdentiũ ipſius Ioã-
nis Franciſci inductum fuit fideic. ad qđ eius filij uocabant̃,ut
30 ſuperius fuit dictum,& probatum. Et † qm̃ ipſe Io. Frã.mor-
tuus eſt relictis quatuor filiis uocatis ad bona prædicta per d.
Sulimanũ auum, & dicti eius filij mortui fuere nullis relictis
deſcendentibus iure permittẽte Iulius ultimo loco defunctus
potuit de dictis bonis diſponere, & eius matrem hæredem re-
linquere : cum talia bona ipſe Iulius fuerit conſecutus ex fidei
commiſſo facto per auum,non aũt uirtute teſtĩ Ioan.Franciſci
eius patris, ut eſt text.in l.unum ex familia.§.ſi de Falcidia,de
31 leg.2.& in l.pater filium.ff.ad leg.Falc.cum ſi.Et † hoc ſtante
fideic.factum per Io.Franciſ.nõ põt comprehendere dicta bo
na : cũ ſuper illis non haberet ꝑtãtem diſponendi, ex quo per
prius per fideic.d. Sulimani erant relicta dictis eius filiis,ut hr̃
in l.fi.§.ſed quia,& in §.ſeq.C.com.de leg.& in l.Marcellus.§.
res q̃.ff.ad Treb.Huiuſmodi colorata obiectio ex plurib. nihil
32 hẽt obſtare.Et † primò : nam licet aliqui uoluerint,ꝙ per talẽ
prohibitionem alienationis factã cũ expreſſione dictæ cauſæ,
ꝙ bona prædicta perpetuò ſint, & remaneant apud ſuos deſcẽ
dentes,cenſeretur iniũctum fideic.abſolutè ea rõne: q̃a expreſ
ſio talis cauſæ reddit illud magis efficax,ut dicit Bar.in l.pater
filium §.fundũ,de lega.3.& in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſol.matri.
& Pau.de Caſt.conſi.232.uiſis, & conſideratis,col.5. uerſ.cir-
ca primũ,& Are.in d.l.qui Romæ.§.cohæredes,col.3.in prin.
& Soci.ibi,col.8. uerſ.quartus, & ultimus caſus,& conſi.251.
qm̃ in præſenti,col.6.verſ. confirmatur eadem concluſio,uol.
2.& conſi.57.in cã filiorũ,col.1. uol.3. & conſi.43.uiſis,eodẽ
33 uol.& per Dec.conſi.38. circa primum. Tamen † uerior ꝯclõ
eſt,ꝙ per talem prohibitionem alienationis non dicatur indu
ctum fideic.abſolutè, ſed ſolùm in caſu alienationis & ſecuta
contrauentione,ſecus ſi alienatio non fuit ſecuta,nã tunc nul-
lum cenſetur inductum fideicom.ita concludit Alex.in d.§.co
hæredes,in tertia col.verſ.puto concludẽdum,& expreſsè hoc
firmat Bar.in l.pater filium.§.filia,de leg.3.ubi per illum text.
uult, ꝙ ſi res prohibita eſt alienari,inductum eſt fideicommiſ.
conditionale, ſi res alienetur,& bene facit tex. in l.filiusfamil.
§.cum pater.de leg.1.ubi teſtator primò prohibuit filium ſuũ
hæredem inſtitutum, ne alienaret fundum, addendo ut in fa-
milia illud relinqueret,& deciditur, ꝙ facta alienatione in ex-
traneum inducitur fideicom. alienatione autem non facta ſe-
cus, ut probatur ibi in uerſiculo ſed ſi omnes, & licet addatur
illa ratio : quia uoluit bona perpetuò ire in deſcendentes, tñ
illa non dẽt augere,nec extendere fideic.ex quo uenit acceſſo-
riè ad illud principale, ſed ad prohibitionem alienationis,per
quã ſolũ oritur fideic.in caſu ꝯ̃uentionis,ut dicit Alex. in d.§.
cohæredes, & cum iſta ratio habeat relationem ad prohibitio-
nem alienationis,intelligi dẽt,& regulari ſm̃ dictam prohibi-
tionem.ſ.in caſu alienationis : intentio enim teſtatoris fuit,ut
bona conſeruarentur in deſcendentes, & ſic in caſu alienatio-
nis ſecutæ,per quã deſcendentes excluderentur, & ꝯñr fideic.
oritur,qñ ſecuta eſſet alienatio.nam ea non ſecuta, bona rema
nent apud deſcendentes,& ꝯñr ratio adducta ꝑ teſtatorem ha-
bebit locum,& ſic fideicom. ceſſabit alienatione non facta.&
bene ad hoc facit tex.in l. peto.§.fratre.de leg.2.ubi primò do
mus fuit ſimpliciter prohibita alienari,& poſtmodũ fuit adie-
cta cã, & ratio per teſtatorem : ut in familia relinqueret, & tñ
non inducitur fideicom. niſi in caſu ꝯ̃uẽtionis, uidelicet facta
alienatione inter uiuos, uel hærede ex̃neo inſtituto, & ꝑ iſtum
tex.Soc.firmat hanc concluſ. & dicit eam ueriſſimam adducẽ
do plures alias rationes,& deciſiones, & rñdendo oĩb.ꝯ̃riis in
conſi.227.præſens cõſultatio,uol.2.ubi pro, & ꝯ̃ arguit, & tñ
ita conſulendo concludit, aſſerendo hanc ſnĩam eſſe uerã & ſe
quendam,& hoc idem latè proſequitur Dec.conſi. 218.in ca-
ſu

su ad me transmisso,col.4.& seq.uers. superest tm̃.num.14.&
seq.& ꝯs.287.in ciuitate Placentiæ,col.5.uers. non obstat ulti
mò,& col.6.& diffusius ꝯs.377. visis, & diligenter considera-
tis,col.3.& tribus seq.uers.uenio igitur,& ēt in ꝯs.nouiter im-
presso 20.aliàs 422.& pro tenui, quib.in locis ad plenum tra
ctat articulum,& demum ꝯcludit,ꝙ q̃n prohibitio alienatio-
nis est facta ēt cum illa expressione causæ, ꝙ bona in perpetuũ
uadant in descendentes,& ꝯñr in familia, ꝙ fideic. dicatur indu
ctum non absolutè sed eo casu , quo fuit ꝯuentum, & facta ac
secuta alienatione,adducit iura,& rõnes,& rñdet omnib.obie
34 ctis, & ꝯriis. ¶†Nec dicatur in casu nostro cessare hãc ꝯclõnē
per illa uer.sp uadant de hærede in hæredem, & per illa,ita ꝙ
ipsa bona sint, & intelligantur sub fideicõmisso : nam ista oĩa
accessoriè ueniunt ad principalem prohibitionē alienationis,
ut ad oculum patet, & iõ non alterant,nec ampliant principa
35 lem dispositionem, ut in cle.prima,in fi.de pręben. Et † etiã:
quia tales clausulæ ueniunt ad executionem prohibitę aliena
tionis, & per eas non debet alterari prohibitio principalis, ut
dicit d.Ant.& Imo.in c.q̃m,co.fi.de off.delega.& Alex.in l.&
quia.ff.de iurisd.om.iud.& multa ad id congerit Dec.cõsi.12.
& pro tenui,col.fi.& bene faciunt,q̃ traduntur in regula acces
sorium,de regu.iur.lib.6.& q̃m ipse Io.Franc.inter uiuos non
alienauit,nec in testõ suo ex̃neos hæredes reliquit, ꝗnimò pri
mitus ad dicta bona,& alia sua quęcunq; uocauit dictos filios
suos,& descendentes ipsorum, meritò tale fideic.factum a d.
Sulimano non potuit habere locum : cùm per Io.Fran.mini-
mè fuerit ꝯuentũ,ex quo nedum non ꝯuenit, quinimò ad un-
guem voluntatem,& dispositionem sui patris obseruauit,quæ
erat,ut dicta bona prohibita alienari peruenirēt ad eius filios,
& descendentes,ipse Io.Fran.re ipsa,& effectualiter fecit,& cu
rauit,ꝙ ad eius filios dicta bona peruenirēt,prout iam perue-
nerunt:& quia nulla fuit secuta alienatio,nec in aliquo ꝯuen-
tum, tale fideicommissum isto casu inductum cessauit, & ces-
sat,& expirauit : cum fuerit ꝯditionale,& eius ꝯdõ non fuerit
secuta,ꝯñr post mortem filiorum, & descendentium ex eis ip
se Io.Fran. potuit per fideicommissum de dictis bonis proui-
dere,& disponere : cum iste casus non fuisset expressus a d.Su
limano primo testõre, q̃ uerbis expressis non declarauit, quid
agendum esset de dictis bonis ꝓhibitis alienari,& ad quos de
berēt puenire,casu quo non extarent filij,& descēdentes ex eo
Io.Fran.eius filio, & iste casus omissus bñ fuit ꝓuisus,& decla
ratus p ipsum Io.Fran. q̃ certus de uoluntate patris disposuit,
ꝙ deficientib.filiis, & descendentibus ex eis, bona peruenirēt
ad istos de Saluaticis, obseruanda ergo erit dicta eius uolũtas,
non obstãte dicta prohibitione alienationis , ꝑ quam isto casu
non fuit inductum fideicommissum, ut superius deductũ est,
& sic cessabit obiectio.Prouit & 2.cessat : q̃m ēt intentio d.Su
limani,& eius mens apertissima fuit, uoluisse ꝑ dictam ꝓhibi
tionem alienationis inducere fideicommissum in descenden-
tes suos,& eius filios perpetuò,& de hęrede in hæredem,& sic
gradatim eo.s.casu q̃n extarent descẽdẽtes,q̃n aũt nullus ex-
taret, ꝑfectò ēt ad dicta bona uocasse vr̃ dictos de Saluaticis,
quos ēt uocauit per prius ꝑ fideicommissum ad totam eius hę
reditatem,ut patet in c.institutionis,& substitutionis ꝑ ipsum
36 d.Sulimanum factæ.Et † certissimum est,ꝙ unum capitulum
testĩ declarat aliud d.l. qui filiab.d.l.si seruus plurium.§.fi.de
lega.1.& cum prædilexerit istos de Saluaticis in substitutione
uniuersali totius hęreditatis , casu quo deficerent eius filij, &
descẽdẽtes,a fortiori uerisimile est,ꝙ istos de Saluaticis ēt vo
luerit prædilexisse , & uocasse in istis bonis prohibitis alienari
eo dico casu quo eius nepotes, & descẽdẽtes non extarent,&
37 decessissent sine descendentib.prout decesserũt. Et † nulli du
biũ,ꝙ si ipse d.Sulimanus fuisset de hoc interrogatus, & istud
cogitasset,utiq; idem uerisimiliter disposuisset,& ꝯñr perinde
haberi dẽt,ac si istud idẽ expressisset, uti hr̃ in l.fi. C.de posth.
hær.inst.& in l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& posth. & ibi oẽs
no.& est gl.ordinaria in l.tale pactũ.§.fi.ff.de pac.tradit Alex.
& alij in l.Gallus.§.& quid si tm̃.ff.de libe.& posth.& ꝯs.51.
circa hanc,uol.1.& ꝯs.230.attentis uerbis, uol.2.& si ipse do.
Sulimanus expresse isto casu uocasset istos de Saluaticis,res es
set sine difficultate, idẽ ergo erit : cũ casus iste habeatur perin
38 de ac si ab eo fuisset expressus. Et † sic nõ põt dici omissus: cũ
ueniat ex mente testatoris,argumento.l.prętor.in princ.& ibi
gl.in uer.expressum.ff.de ope. no.nũcia.l.nominis.§.uerbum.
ff.de uerb.sig.¶Nec obstat, si dicatur,non sufficere testatorem
uerisimiliter hoc uoluisse : cũ procedendũ sit ad aliquam di-
spositionem : ut traditur per Bal.& Imo.ꝑ illũ tex.in l.1.cũ q.dã
ff.de hære.insti.per Alex.& Mod.in l.5.C.de libe.& posth.nã
satis processum fuit per ipsum d.Sulimanum dispositiuè,& in
fauorem ipsorum de Saluaticis, ipsos expresse uocãdo ad eius
hęreditatem, casu quo non essent sui descendentes , vt statim
39 diffusius dicetur.Et † ēt quia fideicommissa nedum uerbis ex
pressis,sed ēt ex ꝯiecturis inducunt : ut illico subijciet.Et d.l.
cum quidam,& l.si repetendi.C.de cond.ob.cau. ꝓcedunt,q̃n
intentio,& uoluntas est funditus retenta in mente,nec est pro
cessum ad aliquem actum seu uerbum,per quæ posset cõiectu
rari,eius ꝯriũ uiget in casu pñti,& ista pro nũc satis erũt circa
testm̃ d.Io.Frã.uirtute cuius isti de Saluaticis uenire pñt ad to
tam eius hr̃ditatē,& ēt ad bona q̃ fuere q.d.Sulimani sui pr̃is.
¶An aũt possint uenire ad hr̃ditatē ipsius d. Sulimani uirtute
testĩ per ipsum ꝯditi. Prima facie dicendum vr̃ ꝙ nõ ea rõne:
q̃m ipse d.Sulimanus instituit do. Ioã.Franciscum eius filium
uniuersalem hæredem,& uoluit, ꝙ si decederet q̃ncunq; sine
communib.filijs,& liberis ex eodẽ descendentibus, ꝙ hæredi-
tas sua perueniat,& deuenire debeat in Antonium,Thomam,
Franciscũ, & alios filios do. Bartholomæi Saluatici, & do.In-
40 sengardæ sororis ipsius testõris. Et † quia ipse Io. Fran.graua
tus mortuus fuit relictis quatuor filijs,meritò talis substitutio
fideicommissaria dr̃ expirasse,licet dicti filij Io.Francisci post-
modum mortui fuerint sine filiis,ex quo istud nõ est amplius
in consideratione : cum talis substitutio per existẽtiã dictorũ
filiorum dicatur euanuisse, nec ulterius est quærendum,quid
postmodum contigerit de dictis filiis,ut dicit Oldr.ꝯs.21.the
ma tale est,testator, & ꝯs.241.thema tale est d.G.adducit.l.cũ
uxori.C.q̃n dies legati ced.& l.hæredib.ff.ad Treb.& faciunt
cumulata per Dec.ꝯs.43. & ꝓ tenui, col.2.uers.& licet liberi,
41 & ꝯs.218.ĩ casu,nu.7.& ꝯs.377.uisis,col.2. Iste † enim casus,
quid postmodum sequeretur de dictis filiis Ioan. Frãcisci fuit
a testatore omissus,& ideo remanet in dispositione iuris cõis.
l.si extraneus.ff.de condictione ob causam. l. commodissimè.
42 ff.de liber.& posthu.l.si cũ dotē,in prin.ff.sol.matr.Et † quia
dicta substitutio non loquitur isto casu,meritò succedit dictũ
Oldr.in consi.21.& Io.And.in add.ad Spe. in tit.de testam.§.
1.uer.occurrit,uolẽtium,optimum esse dicere, substitutio nõ
43 dicit istud.Et † ēt quia dicti filij & liberi Io. Frãcisci positi ap
parent sub conditione, & ꝯñr non sunt uocati dispositiuè.l.si
quis sub conditione.ff.si quis omissã cã testa.ꝯñr tanquam nõ
vocati, nec honorati non potuerunt dicto fideicommisso gra-
44 uari,uulg.l.ab eo.cum ꝯcordan.C.de fideicom. Isti † enim fi-
lij Io.Francisci positi sub conditione bene excludunt substitu
tum, & eis fuit reseruatum ius legitimæ successionis, non aũt
dicũtur ab isto testatore substituti, nec honorati in hęreditate
* delata Io.Fran.eius patri,s̃m gl.communiter * approbatam in
l.Lucius,la ij. ff.de hęred.insti.& per Alex.consi.32.uiso pro-
cessu,col pen.uol.3.& consi.13.uisis,col.4.uol.4.& licet Bar.
in d.l.Centurio,col. 12.uers. quæro ulterius, dicat,filios posi-
tos in conditione censeri grauatos fideicommisso facto sub il-
* lis uerbis, si institutus sine filiis decesserit : tamen * commu-
niter doct.ibi concludunt ꝯ Bar. ut etiam diffusè tangit Fran.
de Curt. cons.42.quia inquit,& ꝯs.44.sæpe reuoluta,& Soci.
consi.62.uol.3.& cons.73.vol.4.& Dec.consi.270.d.Raynal
45 dus,nu.1.Prout † etiam tale fideic.euanuit: quoniam dic.de
Saluaticis filij do.Bartholomæi,& do.Insengardæ mortui fue
runt ante Iulium filium d.do.Frãcisci,& ꝯñr nõ potuere trãs-
mittere tale ius fideicommi cõditionalis , nec spem ipsius ad
* eorum filios, per glossam ordinariam * cõmuniter approbatã
in l.vnica.C.q̃n non petẽtium partes,cum aliis superius addu
ctis.Et eo magis ista procedunt respectu illorum bonorum,q̃
ipse do. Sulimanus prohibuit alienari,in quib.uocauit descen
dentes suos,& ex d.Io.Fran.eius filio,quo fit : ut ista bona cen
seantur exclusa ab illo fideicommisso uniuersali, in quo uoca
46 bantur dicti de Saluaticis.Nam † post illud factum fuit istud
fideicom.particulare de dictis bonis, per quod vr̃ derogatum
prædicto fideicõmisso uniuersali, ut in regula generi per spe-
ciem,de regulis iuris lib.6.& in terminis traditur in l. cũ quæ
stio.C.de leg.ubi plenè tangit gl.& doct.& etiam hr̃ in l.inter
dum.§.fi.ff.de hęre.inst.& insti.eo.§.hęreditas,& per Bar.in l.
Marcellus,in prin.col.2.uers.oppono.C.de leg.ff.ad Trebell.
¶Præ-

¶Præmissis tñ non obstantib. considerata mente,& uoluntate
47 prædicti testõris ꝯria opinio,& snĩa vr̃ uerior. Ad † ita dicen-
dum me mouet illa uera ꝯclõ uolẽs, ꝙ in ultimis uoluntatib.
& maximè in substõnib. fideicommissariis ꝑdominatur mẽs,
& uolũtas testatoris.l.in ꝯditionib.primum locum.l.Publius,
in fi.ff.de cond.& demon.l.pen. de leg.1.l.cum q.l.cum uirũ.
48 C.de fideic.l.quisquis,de leg.3.Hinc † iura uolunt,in fideicõ
missis mẽtem testõris,nedum expressam sed ꝯiecturatam ma-
gis debere attendi,q̃ uerborum qualitatem,vt hr̃ in iurib.s̃.al
legatis,& in l.hæredes mei.§.cum ita. ff.ad Trebellianũ,& tra
dit Bal.per illum tex.2.notabili,& ibi Mod.plura cumulãt.in
l.qm̃ indignũ.C.de test.& probat̃ in l.3. ubi Ang.& Mod.alia
49 deducunt. C.de liber. præteri. Vbi † enim hr̃ sensus testõris,
uerborum interpretatio nõ dẽt prẹualere,ita ut existat melior
sensu, recedimus enim a vi, & natura coniunctionis uerbalis,
qñ habemus mentẽ testõris,ẽt ꝯiecturatam,vt dñt Bal.& Pau.
50 de Cast.in l.fi.C. de impuberum. Ex † uoluntate.n.testatoris
tacita,& collecta ex coniecturis inducitur fideicõmissum,ẽt si
expresè non appareat ex uerbis.l.ex facto proponebat̃.§.rerũ.
ff.de hær.insti.& in d.§.cũ ita,ubi scrib.oẽs no.& hr̃ in l.fidei-
commissa.§.item si quis,in fi.de lega.3. & alibi pluries,ut tra-
dit Soc.ꝯs.40.in præsentiarum, posito inter consilia Franc.de
Cur.col.pen.& consi.14.uol.1.& consi.12.& 43.uisis, col.4.
uol.3.& bene tangit Fran.de Cur.cons.42. quia inquit,col.1.
& 2.& consi.51.super testamẽtis,col.1.& 2.& ꝯs.53. antiquis
sima,col.3.& 9.& consi.75.do.Ludouicus, col.3.in fi.& Dec.
consi.15.& pro tenui,col.2.& consi.38.circa primum,col.1.
& 2.& consi.379. iuridicas, col.1. Quibus in locis adducunt̃
quamplures aliæ decisiones,ex quibus concluditur,in substi-
tutionib. fideicommissariis debere attendi mentem testatoris
nedum expressam,sed ẽt tacitam,& coniecturatam,q̃ ita colle
cta prædominatur,& magis attenditur,& obseruatur, q̃ quali
tas uerborum a testõre prolatorum, & ꝙ fideic. inducũtur ex
coniecturis, & ex mente tacita coniecturata testatoris, esto ꝙ
cessent uerba, qua conclusione communi, & uerissima stante,
in casu prẹsenti fideicommissum inductum apparet tum uer-
bis expressis a testatore, tum tacitè, & ꝑ coniecturas ex uerbis,
dum expresè filio suo Io. Fran. decedenti quandocunq; sine
filiis,& liberis substituit dictos de Saluaticis,quæ uerba,si de-
cesserit, & ly, quãdocunque,& illa,sine filiis,& liberis,& illa,
perueniat,& peruenire debeat, fideicommissariam apertã im-
portant substõnem,ut de singulis dictũ est superius.Et ex con
iecturis inductum etiam apparet, illa potissima, & ualida. Nã
licet dictus Sulimanus uerbis per ipsum prolatis nõ uideatur
substituisse suis nepotib.& descendentibus ex Io.Franc.tamen
huius firmissimi sensus,& mentis fuit etiam isto casu,quando
non extarent filij,& descendentes ex Ioan.Fran. istos de Salua
ticis uocare,& substituere, licet istud non appareat uerbis ex-
presum. Quæ mens clarè probatur ex testõ do.Io. Franc.eius
filij,qui cum haberet prædictos quatuor eius filios masculos,
eos & filios ipsorum,ac descendentes ex eis in infinitum insti
tuit hæredes,& substituit ad inuicem per fideicommissum, &
ulterius uoluit, ꝙ dictis filiis, & eorum descendentibus defi-
cientibus bona quondam do. Sulimani eius patris subiecta fi-
deicommisso deuenirent ad illos de Saluaticis,ſm tenorem te
stamenti paterni. Per quæ uerba ipse Io.Frã.apertissimè decla
rat,& mentem & uoluntatem do.Sulimani patris fuisse, nedũ
uoluisse substituere ipsi Io.Fran.dictos de Saluaticis, sed ẽt il-
los substituere casu,quo oẽs filij & descendentes ex Io.Frã.de
ficerent.Et licet ipse Io.Fran.se referat ad testm̃ patris,dicta re
latio est ad declarandum,qui erant illi de Saluaticis, qui a pa-
tre uocabantur, & etiam respectu bonorũ subiectorum fidei-
com.ut clarè colligitur ex illis uerbis,deuenire debeãt in illos
de Saluaticis,iuxta seriem, & tenorem dicti testamẽti, & sic re
latio fit respectu personarum uocatarum per patrem, & fit ẽt
respectu bonorum subiectorum fideic.ut patet ex illis uerbis.
Ad quod pro dictis bonis subiectis fideicommisso relatio ha-
beatur,& ẽt patet ex principio dictæ substitutionis,ibi,quibus
deficientibus uoluit dictus testator,ꝙ bona do.Sulimani sub-
iecta fideicom.de quo apparere dr̃ &c. Ex quibus apertissimè
53 probat,& † fortius. Nã oẽs dicti hr̃des fuerunt vl̃r inſtituti,& licet poſtmodũ eis fuiſſent aſſignata p reſtitutionẽ p̃dia ipſius diuiſa,tñ ex hoc nõ ſequitur, ꝙ non ſint hr̃des vl̃es,ut eſt tex. in l.quoties.§.ſi duo.ff.de hęred.inſt. Bene verum,iure perceptionis,ꝙ unusquiſq; dẽt hr̃e prædia aſſignata, ut dicit tex.in l. ex facto.la ij.ff.de hære.inſti.qui text.ita dẽt intelligi ſm Bart. & doc.ibi,& eſt gl.in pũcto, in uerſ.re certa.in c.ſi pr̃.de teſta. lib.6.quam ibi ſequuntur Doct. maxi.Franch.col.13.uerſi.in eadẽ gl.in fi.ubi formaliter hoc tenet,& dicit,ꝙ ſi ſunt cohæredes eiuſdẽ formę,& in re certa, oẽs ſunt hr̃des vl̃es, ſicuti ſi eſſent ſimpliciter inſtituti,tñ ipſas res certas dẽnt hr̃e,ſm par
54 tes ſibi aſſignatas,p d.l.ex facto. Et † ex iſtis apparent reſoluta adducta in ↄ̃riũ,ex quo d.l.ſi alij.nõ hẽt locũ ĩ caſu pñti,& doctri.Bar.in d.l.Sẽpronio,minus ꝓcedit,ſtãte cõiectura, & clara mente teſtõris, & qñ hr̃s vult ↄcurrere in vſufructu cũ legatario oĩum bonorum ipſius vſusfructus,quia nõ põt,ut ſupra. Minus ẽt locum habet doct.Bald.in l.quoties.C.fami.ercis.& Iaſ.in d.l.cum quæſti. ex quo communiter reprehenditur, ut ipſe Iaſ.dicit plura ad id adducendo in d.l.re ↄiuncti, col.18. verſi.limita iſtam conclu.& verſ.ſeq. Pariſ. Pad.

S V M M A R I V M.

1 Vxor ſoluto matrimonio, an poſſit petere integrã dotẽ de bonis mariti ab eius hæredibus, & an ipſi hæredes cedendo uxori actiones cõtra promiſſores dotis uel eorum hæredes, liberẽtur.

Maritus non exigendo dotem,an ſit in culpa, ita quòd teneatur ipſe uel eius hæredes dotem reſtituere.

2 Vxor poteſt ſoluto matrimonio cõuenire promiſſores dotis, ad huc non ſolutæ, & nu.3.

4 Soluto matrimonio adhuc cõpetit actio hæredib. mariti exigere dotem, & poſtmodum eam ſoluere uxori.

5 In cuius electione ſit, uxoris, an hr̃dũ mariti, conuenire hæredes illius pro reſtituẽda dote nõ exacta,uel ipſi liberentur cedẽdo actiones, & nu.6.

7 Dotis reſtitutio an impediatur ex caſu compenſationis,ſeu retẽtionis,uel alterius debiti.

8 Maritus poteſt uxori legare ultra dotem tãtũ quãtũ eſt ipſa dos.

9 Dictio,hoc amplius, dictio ſupra, dictio præter, dictio & ultra, repetitiua ſunt præcedentium, & de nouo aliquid inducunt.

10 Legatum factũ per maritũ uxori non uidetur factũ animo con penſandi cum dote, niſi exprimatur.

11 Bona intelliguntur deducto ære alieno.

12 In legato facto uxori per maritũ continente tantũ quãtũ eſt ipſa dos, ultra eam nedum comprehenditur dos ſoluta, uerum & promiſſa,necnon & præparamenta.

13 Dotis appellatione quæ ueniant, & nu.12.

Præparamenta an ueniant dotis appellatione.

14 Dictio,ipſa, relatiua eſt.

Relatio uidetur eſſe facta cum omnibus qualitatibus relati.

15 Præparamenta data uxori æſtimata dotalia cenſentur.

16 Legatũ non dicitur incertum,quando illud poteſt certificari per relationem ad aliud certum.

17 Legatum factũ uxori, an præſumatur reuocatũ,ſi ipſa tranſiuit ad ſecunda uota,& nu.18.& ſeq.

18 Expreſſũ habetur, quod teſtator expreſſiſſet, ſi de eo cogitaſſet.

19 Teſtatoris uoluntas potiſſimum attendi debet.

20 Voluntas uerbis potiſſimum declaratur.

21 Per tranſitum ad ſecunda uota anima mariti dicitur cõtriſtari & iniuria affici, & nu.56.

Niſi teſtator maritus de ſecundis nuptijs cogitaſſet.

22 Vxor tranſiens ad ſecunda uota nõ dicitur facere contra iudiciũ teſtatoris.

23 Vxor tranſiens ad ſecunda uota poſt annum,non debet priuari legatis & alijs ſibi relictis à marito.

24 Maximè quando colligi poteſt mens cõiecturata teſtatoris, cogitantis ſecundas nuptias, & adhuc legantis.

25 Non ſatis eſt teſtatorẽ uerosimiliter id uoluiſſe, niſi ad diſpoſitionem procedat.

26 Mulier tranſiens ad ſecunda uota priuatur legato, quo caſu, & in quibus terminis iſtud procedat.

27 Iura loquentia de priuatione, quo caſu procedant, & nu.26.

28 Qualitas appoſita in uno capite teſtamenti, an & quando cenſeatur repetita in alijs ſeq.

29 Et quid ſi ita repetendo ſequeretur abſurdum, & nu. 30.

30 Quid etiam ſi ſequeretur contrarietas ipſius teſtatoris.

31 Et quid quando eſt diuerſitas rerum, & orationes ſunt diuerſæ, licet concurrat identitas perſonæ.

32 Legatũ factum uxori,donec uitam uidualem ſeruaret, annuũ eſt.

33 Vxor poteſt putare & habere aſſecurationem & aſſiſtentiam ſuper bonis mariti pro dote & alijs legatis.

34 Legatum factum uxori per maritum, an cenſeat̃ factum animo compenſandi cum dote.& nu.37.& ſeq.

35 Diſpoſitio auten.dos data.C.de donatio.propter nupt.cũ ſimili. an hodie ſeruetur.

Conſuetudo in iſtis donationibus propter nuptias,et in contra dote obſeruanda eſt, & nu.39.40. & 41.

37 Legatum factũ creditori a debitore, an & quando cenſeatur factum animo compenſandi.

39 Pactum de lucranda contradote, mortuo marito, an et qñ ualeat.

Dos & donatio propter nuptias an procedant a pari.

Et quid ſi conſuetudo & obſeruãtia patriæ contrarium diſponãt.

41 Contrados an poſſit peti a muliere tranſeunte ad ſecunda uota.

42 Contrados non poteſt in totũ peti ſoluto matrimonio ad locũ uxoris, niſi pro rata, pro qua fuit dos ſoluta.

43 Maritus relinquens uxorẽ dominã, madonnã, & uſufructuariã &c. licitè hoc facit, & legatum hoc ualidum eſt.

44 Legatũ factũ uxori, donec uitam uidualem & honeſtam duxerit, annuum eſt.

45 Et in quolibet anno tale legatum nouum eſt.

46 Et licet uxor exiſtens uidua habere poteſt tale legatũ annuum.

47 Dictio, dum, & ſimiles conditionem important.

48 Tale legatum ceſſat in uxore tranſeunte ad ſecunda uota.

49 Et licet tranſeat ad ſecunda uota, non propterea tenet̃ reſtituere fructus quos antea percepit uirtute dicti legati, & nu.50.

51 Nõ enim tenet̃ ſemper perſeuerare in uiduitate,propter fructus perceptos in præteritum.

52 Legatum factũ mulieri a marito tribus modis poteſt conſiderari.

53 Primò ſub cõditione ſi nõ nupſerit, & inducit perpetuã uiduitatem, & perſeuerãtiã in ea, ſi nupſerit, tenetur etiã reſtituere fructus perceptos.

54 Secundò fieri poteſt ſub conditione, ſi uxor ad uiduitatẽ perueneрit, & requirit perſeuerãtiã, et ſi nupſit ſecũdò, omnes fructus perceptos reſtituere uidetur.

55 Tertio fieri poteſt ſub cõditione, donec uidua erit, & nõ inducit uiduitatẽ perpetuã, ſed ad tẽpus, & ſi uxor ſecundò nupſit, non tenetur fructus perceptos reſtituere, priuat̃ tamen perceptione futurorum.

56 Legatum factũ uxori de uſufructu, inſtitutis extraneis hæredib plenum eſt, & in illo ueniunt omnes fructus.

58 Vxor relicta uſufructuaria, hoc mõ de fructibus perceptis per eã ſuo arbitrio poteſt diſponere.

59 Per legatũ uſusfructus factum uxori per maritum nõ cenſentur adempta alia legata facta eidem uxori per eundem.

60 Vxor relicta a marito uſufructuaria, an & quando priuet̃ uſufructu, ſi non confecit inuentarium.& nu.61.62.63.& ſeq.

63 Vxor relicta uſufructuaria an teneat̃ præſtare cautionem de utẽdo arbitrio boni uiri, & de reſtituendo &c. & nu.66. & ſeq.

64 Et quid ſi ipſa uxor fuit in bona fide, & in poſſeſſione bonorum & percepit fructus.

65 Vxor relicta uſufructuaria a marito &c. an teneatur ad expenſas funeris.

66 Item an teneatur ſoluere legata.

67 An ẽt teneatur ſatisfacere creditorib. hæreditarijs, & num.68.

69 Et an ipſa poſſit exigere debitores hæreditarios, & quos.

70 An etiam poſſit exigere liuellarios, & redditus prothocollorum & fœtus pecorum.

71 Et an licitè poſſit diſponere de his peruentis ad eam.

72 Et quid de veſtibus, & alijs bonis mobilibus.

73 Et quid ſi teſtator dictæ ſuæ vxori dedit plenam poteſtatem diſponendi de iſtis.

74 Et

74 *Et quid si dolosè, & fraudulenter se gerit.nu.75.*
75 *Sub generali potestate disponendi, & alienandi, quæ ueniant, & liceant.*
76 *Et quid de rebus mobilibus, quæ extabant tẽpore quo transiuit ad secunda uota.*
77 *Vxori an possit fieri compẽsatio de istis exactis ad legata eidem relicta.*

CONSILIVM XCV.

Vidi processum ad me trãsmissum, fabricatum inter ser Georgium de Beltrandis agẽtem noĩe do.Elisabeth suæ uxoris ex una, & ser Philippum ac ser Zachariam de Cauertinis hęredes q.ser Federici primi mariti do.Elisabeth reos conuentos ex altera. Vidi insuper sniam super dicta cã latam de consilio Excellentiss.Iu.Vtr.Doc.do.Io.Francisci Burlei. & qm̃ inter ipsas partes plura uersantur dubia, sup ipsorum decisione, q̃ breuius fieri poterit, ɔclusiuè, & solùm necessaria tãgendo procedam. Et circa illam dubitationem, an standum sit consiliis, & decis.illorum duorũ iurisconſ.inhærendo opi.præfati Excellentissimi d.consultoris, dico necessariò illis non esse standũ per ipsas partes, & ꝙ unicuiq; dictarũ partiũ licitũ fuerit & sit recedere a dictis declarationib.& consiliis, quæ minimè executioni sunt demandanda, sine aliqua solutione pęnæ, rõnib.& decisionib.deductis per ipsum do.Consultorem, sup quo articulo aliter non insisto, cũ ẽt partes ipsæ prædictæ sniæ
1 acquiescere uideantur.¶† Vnde omissa decisione, & declaratione præfatorum dñorum Iuscon. capiendo illam difficultatem & dubitationem, an hæredes.d.q.ser Federici teneantur realiter soluere integram dotem de bonis ipsius defuncti, ita uolẽte ipsa d.Elisa. an uerò cedendo ei actiones ɔ promissores dotis, uel eorũ hæredes, respectu partis dotis promissæ & non solutæ, possint liberari, ẽt ipsa do.Elisa.nolente. Dico, ꝙ respectu dotis solutæ nulla cadit dubitatio, quin dicti hæredes teneanť illam restituere, per iura uulg.& cõia, ut ẽt partes ipsæ fatenť. Respectu uerò partis dotis promissæ, & non solutæ considerãdo dispõnem iuris cõis, cum aliter non appareat ex processu, ꝙ promissores dictæ dotis fuerint effecti non soluendo, ita ꝙ ser Federicus fuisset in mora exigendi, illis effectis non soluendo, teneretur dotem sibi promissam restituere, licet eam non exegerit rľr, exceptuatis aliquib.casib.quorum aliquis non cadit in præsenti disceptatione, ut plenè hr̃ in l.si extraneus, & ĩ l.promittendo.§.j.ff.de iu.dot.& in l.ob res.§.j.ff.de pact.do. & per scrib.in l.nupta.§.j.ff.sol.matr.& in l.si marito. §.j. ubi Pau.de Cast.& in l.si socer.§.Lucius, eod.tit.cum concor. Dico
2 † itaque: cũ dicti promissores sint soluendo, ꝙ ipsa do. Elisa. si uult, absq; aliqua cessione, poterit promissores dictæ dotis cõuenire ad solutionem dicti residui dotis promissæ, & non solutæ, ex quo actio fuit sibi quæsita: cũ prædicti promissores non fuerint stipulati soluto matrimonio dotem eis restitui, per tex. in l.unica.§.accedit. C.de rei uxor.actio.& ibi hoc tangit Bal.
3 uersi.quærit gl.in fi.Vbi† uult, ꝙ si promittens non stipulať dotem sibi reddi, statim mulier intelligiť tacitè stipulata, & licet dos nunq̃ esset soluta uiro, tñ mulier posset agere, & magis clarè hoc tenet Bal.nouellus in d.l.si socer.§.Lucius, uolens ꝙ qñ mulier põt agere pro dote ɔ promittentẽ: ut est, qñ extraneus promisit, ꝙ tunc tali casu sine aliqua cessione sol.matr.ɔ ꝑmittentem mulier ipsa agere põt, nec procederet isto casu dispõ. d.§.Lucius.¶ Verum qm̃ ipsa do.Elisabeth intendit hanc uiam non prosequi, sed residuũ dictæ dotis hr̃e ab hęredib. dicti ser Federici, dubiũ adhuc subsistit, an sit in electione sua eos cogere attenta dispõne iuris cõis ad exigendũ dictã dotem, & postmodum ad eã sibi soluendũ, an uerò ipsi hæredes cedendo illi
4 actiones liberentur. Certum† est enim, ꝙ licet solutũ sit matrimonium, adhuc hæredib. mariti competit actio ad exigendũ dotẽ promissam marito, & postmodũ ad soluendũ eam mulieri, uel eius hæredib.ut est tex.formalis in d.§.Lucius, & not.in d.l.nupta.§.j.& in d.l.si marito.§.j.& per Bal.in l.si pro te.C. de doti.promis.& per Cor.ɔsi.j.col.pe.uer.pro residuo aũt do-
5 tis, uol.2.& consi.318.vr̃, col.j.uer.his tñ, uol.3. Et † dicendũ prima facie vr̃, ꝙ sit in electione ipsius do.Elisabeth eligere dictum remediũ, ut uoluit Pet.& Cum.in d.l.si socer. §.Lucius, & Bal.nouellus ibi, & plenius idem Bal.nouel.in trac.de dote in octaua parte principali, fol.mihi.60.col.2.ubi asserit opini. Petr.& Cum.ueriorem, ex quo in dicta alternatiua electio dẽt esse mulieris. Itẽ quia maritus non est obligatus mulieri ex eo: quia actionem hẽt ɔ promissorem dotis, sed ex eo: quia vr̃ esse in culpa in non exigendo, pp quod cessat rľa posita in l.qđ de-
6 betur.ff.de pecul.¶ Tñ in ɔ̃rium est opi.Bal.Ang.Imo.& Alex. in d.§.Lucius, col.2.uers.& circa solutionẽ, uolentium ꝙ electio dẽt esse ipsius mariti, prout etiam firmat Ias. in l. quæ dotis, in 3.not.nu.6.ff.solu.ma. dicens ꝙ maritus non tenetur solu.ma.dotem promissam, & nõ receptam restituere, ex quo cedendo actiones liberatur, ꝑut etiam sentit gl. fi.in d.l.si extraneus, & Cor.d.consi.j.col.pe.uer.prꝛalleg. & Pau.de Ca.in d. l.si marito.§.j.in sua distin.& in d.l.si socer.§.Lucius, in fi.expresse sentit, ꝙ si marito non potest imputari culpa, cedendo actiones vr̃ liberari. Quæ opinio satis vr̃ probabilis: ut attenta iuris cõis dispõne prædicti hęredes ser Federici cedendo actionem, quam habent ɔ promissorem dictę dotis non solutę liberenť, & ab ipsa d.Elisabeth super id ulterius non molestentur, ex quo cum careant culpa, non tenentur ex alio, nisi quia actionem hñt, & ideo cedendo liberantur, ex quo sumus in regula præal.l.quod debetur, cum concor. Et idem dico considerato tenore testamenti ipsius d.Federici. nam licet legauerit integrã dotem d.D.Elisabeth, non ꝑpea disposuit, ꝙ de bonis suis propriis solvereť portio dotis sibi promissæ, & non solutæ, ut plenè deducitur pet do.aduocatos dictorum heredum, & demũ per ipsum d.Cõsultorẽ, rñdendo obiectionib.quæ circa id fie-
7 ri possent, ut p eos. Ex† quib.ẽt infero, ꝙ restitutio partis dictæ dotis promissæ, & solutæ non poterit impediri, nec pp compẽsationem, nec pp retentionem, nec uirtute alicuius exceptionis alterius debiti, quo dicatur ipsam d.Elisabeth esse astrictã, cum oĩa prædicta cessent, nec impedimento esse pñt restõni dotis ꝓ dictæ, ut hr̃ in l.unica.§.taceat, & §.seq.ubi gl.& doc. C.de rei uxo.actio.& hr̃ in l.dote prælegata.ff.de do.prelega. & in l.diuortio.§.ob donationes, & in l.rei iud.§.j.ff.sol.matr.cum aliis
8 concor.¶† Circa uerò illam difficultatem, an illud legatum factum per ser Federicum d.Elisabeth, ut ultra dotem hẽat tantum, quantum est ipsa dos, sit ualidum, & firmũ, ita ꝙ oĩ respectu subsistat, & quid in illo contineatur. Dico tale legatum esse ualidum & firmum, per tex.ubi ẽt Bar.& alij no.in l.qui ita, & per tex.in l.Seia, uersi.dari uolo.s̃.dotem aureos tot, & p tex.ĩ l.qui dotẽ, ibi, hoc amplius denarios x.ff.de do.præleg. & facit ẽt.l.Seio.§.uxori.ff.de an.leg. Quib.in locis probatur, ꝙ si maritus uxori ultra dotem aliquid legauit, ꝙ censetur esse factum duplex legatum, & utrunq; dẽtur, siue sit apposita dictio, s̃.siue dictio, præter, siue dictio, hoc amplius, siue dictio, & ultra, ut est in casu pñti, & ita ẽt tenet Corn.consi.13. Quamuis uidea-
9 tur.col.2.uer.nec ob.uol.j. Ne mirum, ex quo dictæ dictiones sunt repetitiuæ ꝑcedentiũ, & expresse de nouo inducunt legatum in aliis contentũ, ut ẽt tangit Dec.cõsi.190. Circa primũ,
10 col.fi.nu.7. Prout† ẽt hr̃ & a fortiori. in l.unica.§.j.uers.sciendum.C.de rei uxo.act. ubi Imperator tollit illud edictũ de alterutro, & disponit, ꝙ si maritus aliquid legat uxori, tale legatum non censetur esse factum aĩo cõpensandi cũ dote, nisi expresse testator hoc dixerit, & ideo uxor legataria poterit consequi ultra dotem legatum prædictũ, & ibi hoc firmant Bar.Bal. & alij, & idẽ uult Bar.in l.cũ quis.in prin.ff.de do.prele.& idẽ
* Bart.in l.si cum dotẽ.§.si pr̃.quem ibi * cõiter sequuntur oẽs scrib.ff.sol.matri.& idem Bar.& alij doc.in auth.præterea. C. vnde uir & uxor, & hr̃ in l.creditorem.de leg.2.& per Alex.& alios Mod.post antiq.in l.huiusmodi.§.cum pater, de legat.j. Quãto magis in casu præsenti, in quo testator expresse legauit dotem, & ultra dotem de bonis suis legauit tm̃, quantũ est ipsa dos, quo fit, ut utrunq; legatũ debeatur, & quòd istud ultimũ non censeatur esse factum aĩo compensandi cum dote, ut pa-
11 tet ex iurib. supra allegatis. Et† ẽt quia testator ipse uoluit de bonis suis istud ultimum solui, quo fit, ut nulla cadat compensatio: cũ bona intelligãtur ære alieno deducto. l.subsignatum. §.1.ff.de uer.sig.& ita dicedat Bal.in d.l.si cũ dotem.§.si pater. quem refert & sequitur Ale.ibi col.3.uersicu. prædictis adde. Ad quę ẽt faciunt no.per Pau.de Ca.in l.Mæuio.§.a me.de le. 2.& in decisi.consi.Neapo.359. In causis conuentionis, col.j.
12 Dico† etiam, ꝙ in tali legato, & ultra ipsam dotem tantũ quantum est ipsa dos, censetur legata illa quantitas, quæ continetur in instrumento dotali, ɔñr nedum dos soluta, sed etiam ꝑmissa, & etiam ea, quæ nomine præparamentorum fuere data, cõ-

tinentur, ex quo oĩa ista ueniũt appellatione dotis: ut enim uolunt doc.oẽs post Bar.& Ang.allegati per eos in rubr.ff.soluto
* matri.dum tractant diffinitionem dotis * communiter concludunt, ipsius appellatione, nedum uenire dotem datam seu traditam, sed ẽt uenire dotem promissam, istud probant rõne & auctoritate, quæ oĩa uideri pñt, ꝯñr cum testator legauerit tm̃, quantum est ipsa dos, in tali legato nedum uenit illud qđ fuit pro dote datum & solutum, sed etiam illud quod fuit pro
13 missum. †Venit etiam illud, quod fuit constitutum & solutũ noĩe præparamentorũ, cum illud appellatione dotis continea
14 tur, ut diffusè tangit dñs consultor. Et†suadet ex illa dictione per ipsum testatorem geminata, ultra dotem & tm̃, quantũ est ipsa. Cum de natura dictæ dictionis, ipsam, & ipsa, relatiuæ, sit repetere præcedentia cum suis qualitatibus, ut concludit Soc. allegando iura consi.260. In cã Bonon.col.6.uer Ex quib.concludo.uol.2.& per Dec.ꝯsi.182.nu.4.& cons.292.nu.2.Prout
15 †ẽt quia in instrõ dotali ipsa d.Elisabeth fuit dotata & præparata in duc.trecẽtis, distinguendo quæ quantitas ueniret in ꝑparamentis, & quæ in pecunia, quæ præparamenta fuere data æstimata, quo casu dotalia censentur, licet data sint nomine ꝑparamentorum: ut exprefsè tangit Soc.consi.289. Difficultas non parua.uol.2.& diffusius in consi.122.Circa primum.col.3.nu.3.& seq.uer.Circa secũdam difficultatem.uol.3.in simili, sub noĩe corredorum & guarnimentorum, tangit casum nostrum.ut prædicta in dotem data cẽseantur, licet sub dictis nominib.data fuerint, qñ æstimata fuere data: ut contingit in casu præsenti, ꝯñr legatum prædictum continet oẽm qualitatẽ, & tm̃ quantũ fuit ipsa dos soluta, siue promissa, & ea quæ noĩe
16 præparamentorum fuere constituta & soluta. Nec†dicat, tale legatum non tenere: eo quia incertũ, iuxta no.per Bar.in l.Meuius.§.duob.de leg.2.cum concor. Nam satis certum est, cum dos ipsa, ad quam fit relatio, certa sit, ut plenè hr̃ in l.certũ.ff.si cer.pet.& in l.fi. C.de fal.cau.adiec.lega.cum aliis cumulatis ĩ l.asse toto.ff.de hęre.insti.& in auth.si quis ĩ aliquo.C.de edẽ.
17 cum concor.¶†Nec tale legatum censetur esse sublatum ꝯside rata uerisimili mente ipsius testatoris, qui si cogitasset dictã eiꝰ uxorem transituram ad secunda uota tale legatum non fecisset per quem transitum iniuria fit ipsi testõri primo marito, & eiꝰ aĩa vr̃ ꝯtristari, ut in §.soluto.in auct.de nup. & hr̃ in auctẽ. de non eligen.secũdò nuben.in prin.& ad id plura addducit Soc. ꝯsi.56. Viso testõ.col.fi.uolens ꝙ legata facta mulieri non debentur illi, si transiuit ad secunda uota, qñ uerisimiliter mari
18 tus tali casu non legasset.†Et qm̃ ita nõ disposuisset, si de hoc fuisset interrogatus, ꝙ utiq; hr̃i dẽt ꝑ expresso, ut in l.Lucius. ff.de lib.& posth.& in l.fi.C.eo.& ponit gl.& alij doc.in l.tale
19 pactum.§.fi.ff.de pac.Et†certum est, ꝙ uoluntas testatoris attendenda est.l.in condõnib.primum locum.ff.de cond. & demon.cum aliis uulg.quæ mens uerbis est præferenda, ut hr̃ in l.cum uirum.C.de fidei.& in l.Publius.§.fi.ff.de cõd.& dem. & ꝑ Ias.in l.iurisg.§.prætor ait.ff.de pac. Nam cessat obiectio, quinimò retorquetur in ꝯ̃rium, & facit pro conclõne superius firmata, ex quo.d.testõr exprefsè facit tale legatum in hunc casum, qñ ipsa do.Elisabeth uellet transire ad secũda uota, & uoluit ẽt cogitando exprefsè de secundis nupt. ꝙ dicto casu ipsa d.Elisabeth.ultra dotem hr̃et tm̃, quantum erat ipsa dos. Vn
20 de cum uoluntas testatoris aperta & declarata uerbis, iuxta.l. Labeo.ff.de suppel.leg.& iuxta no.ꝑ Soc.in l.in ambiguo.ff.de reb.dub.cum concor.fuerit & sit, ꝙ ipsa eius uxor casu quo trãsiret ad secunda uota, hr̃et tm̃, q̃tum erat ipsa dos, & dictum legatum, talis uoluntas attendi debet, ut in iuribus præal.& in §.
21 disponat.in auth.de nup.Et†nulla isto casu dr̃ esse facta iniuria ipsi testatori, nec eius aĩa dr̃ contristari, cum eo uolente ipsa ad secunda uota transierit, argumento, l.Graccus. cum aliis
22 uulg. C.de adulte. Et†ꝯhendo secundas nuptias nõ dr̃ facere ꝯ iudicium testõris, imò ꝯm eius uoluntatem ad consecutionẽ istius legati, & sic cessant dicta per Bar.in auth.ex cã col.pe.C.
23 de lib. præte. Et†per transitum ad secunda uota post annum luctus mulier non debet priuari legatis, & relictis sibi factis, ut no.in l.j.C.de secun.nup.& plenius per Canon.in c.pen.& fin.extra de secun.nupt.& per Corn.ꝯsi.21.in fi.uol.j.& consi. 308. col.2.uolumi.5.ubi per rationes & auctoritates concludit, ꝙ per transitum ad secunda uota non tolluntur legata, qñ per solas coniecturas constare põt, testatorem uoluisse legata ualere, etiam si uxor transiret ad secunda uota. Quanto fortius

fortius in casu præsenti, ubi testator fecit d.legatum exprefsè ĩ eum casum, qñ transirent ad secunda uota, & faciunt, quæ ponit Fran.de Cur.consi.27.col.2.& 3.& Soc. consi.81. uolu.3. col.3.& seq.nu.10.& seq. Vbi concludit multis mediis, ꝑ tran
24 situm ad secunda uota uxorem non amittere legatũ. Et† dicta per Soc.in d.consi.56.col.fi.procedunt, qñ ex aliquib.cõiecturis & uerbis, prout ipse exemplificat, posset colligi mens testatoris, uolentis legata facta eius uxori ualere, si non transiret ad secunda uota, qñ autem hoc non appareret, legata non amittũtur per transitum ad secunda uota, ut dicit ipse Soc.in d.cons.
25 81.& Corn.& alij doc.ubi s̃. Et suadet rõne. Nam non sufficit dicere uerisimiliter testatorem hoc uoluisse, ex quo est necesse, ꝙ talis uoluntas transeat in dispositionem, vt hr̃ in l.quidã cum filiũ.ff.de hęre.insti.& ponit Ale.& Ias.in l.3. C.de liber. pręt.& idem Soci.consi.69. Viso testõ.uol.3.& in d.l.in ambiguo.& ponit Dec.cons.205. In causa istorũ, nu.5. & cons.287. In ciuitate Placentię nu.9.& cõsi.291. Visis & diligenter. n.6. Quanto fortius absq; dubio in casu pñti dicendum est, per trãsitum ad secunda uota ipsam d.Elisabeth non debere amittere legatum prædictum: cum exprefsè factum fuerit eo casu.
26 ¶†Nec prędictis obstat tex.in auth.de nup.§.si uerò filiorum. & §.seq.& tex.in auth.cui relictũ.C.de ind.uid.tol.ubi mulier priuatur relicto sibi facto a marito, qñ transiuit ad secunda uota. Nam dicta iura loquũtur, qñ maritus fecit legatum suę uxori sub ea condõne, si non nuberet, quæ conditio hodie ualet, & seruari dẽt, ut in dictis iurib.& si nõ seruatur & adimpletur, ut puta, quia mulier transierit ad secunda uota, tunc priuari dẽt legato sub dicta conditione sibi relicto, ut exprefsè disponunt dicta iura, & doc.ibi scriben. Sed istud non est in casu presenti, ex quo tale legatum fuit factum dictæ Elisabeth eo casu, quo transiret ad secunda uota, per quẽ transitum legatum nõ amit
27 titur, ut s̃.ostensum fuit. Præterea†dicta iura non procedunt, qñ legatum fuisset simpliciter factum uxori, ut dicit Ang.in d. §.si uerò.& doc.omnes in d.auth.si cui relictum.& Corn.cõsi. 21. Videtur.col.fi.in fi.& ponit Pau.de Ca.in l.fi.§.fi. C.de indi.uidui.tollen.& Ias.in d.l.fi.col.pe. & dicam inferius in illo articulo de legato usufructus facto per dictum testatorem dictæ eius uxoris, & supra apertè ostẽsum est, ꝯsequẽter iura pręal
28 legata nihil faciunt ad casum præsentem. ¶† Minus ẽt obstat ꝑdictis, si diceret, ꝙ in isto legato facto prædictæ. d.Elisabeth, ut habeat tm̃, quantum est ipsa dos &c. debet censeri repetita illa qualitas apposita in pręcedenti legato, uidelicet donec uitam uidualem seruaret &c. Cum qualitas apposita in uno.c.testamenti dẽat censeri repetita in seq.ut not.in l.3.§.j. ff.de lib. & posthu.& in l.fi.ff.de re.du.& per Bar.in l.in repetendis, de leg.3. Nam obiectio cessat: qm̃ testator ipse expſsè uoluit hoc legatũ tunc demum hr̃e effectum, qñ ipsa Elisabeth transiret
29 ad secunda uota. Quo† fit: ut illa qualitas uiduitatis non possit censeri repetita in isto legato, ex quo sequeretur absurdum
30 Item sequeretur, ꝙ testator sibi ipsi esset ꝯ̃rius. Nam†ꝯm uerã mentem testatoris uerbis expressam legatum debet incipere a tempore, quo ipsa transit ad secunda uota, & tunc redditum est ualidum. Si autem censeretur repetita illa conditio uiduitatis, legatum tunc per transitum ad secunda uota deficeret, ut ad sensum & oculatim patet. Quib.casib.repetitio fieri nõ debet, ut cõcludit Bar.in d.l.in repetendis. & habet in aliis locis
31 ibi allegatis per scrib.maximè per Ale.in apostil. Prout†etiam obiectio cessat ex his, quæ dicit Bar.in d.l.in repetendis. col.2. uersi.Item aduerte.quem ibi sequitur Alex.allegando concor. uolẽtes, quod qñ est diuersitas rerum, & orationes sunt diuersæ, licet ꝯcurrat identitas personæ, tñ qualitas apposita in uno legato non censetur repetita in alio facto eidem personæ, & punctaliter inferentes ad casum nr̃m dñt, ꝙ si testator legauit uxori suæ annuum legatum, donec honestè & castè uixerit, & deinde eidẽ uxori legauit domum, ꝙ in isto legato domus nõ intelligit repetita illa ꝯdõ, donec castè uixerit &c. adducunt iura & rões ut per eos, quod etiam sequit Dec.consi.190. Circa primum, col.j.nu.2.& 3.ubi adducit alias decis.ꝯcor. maximè col.3.uer.non ob.& cũ istis concordat Cuman. consil.22.ubi
32 prædicta firmat, nec illis ꝯ̃dicit. Ex quib.†etiam tollitur, qđ dicit Bar.in l.moribus.ff.de uulg.& pup.col.fi. Nam ibi loquit, qñ legatum est annuum, & fuit factum illa cõdõne, donec uitam uidualem seruauerit, quod non ualet pro annis futuris, quib. nupsit, & bene, ut dicam inferius in alio articulo, & eo modo

exclu-

excluditur ipsa mr a tacita pupillari p transitũ ad secunda vo-
ta, ex quo testator dicto casu noluit eam venire, quæ cessant in
casu præsenti, vbi testator expressè fecit legatũ dictæ Elisabeth
33 eius vxori, casu quo transiret ad secunda vota. ¶†Et qm̃ ipse te
stator pro assecuratione dictorũ legatorum factorum d. D. Eli-
sabeth, eidẽ concessit electionẽ, illã habendi super bonis hære-
ditarijs ipsius ser Federici. Dico, quòd talẽ assecurationẽ & assi
stentiã ad sui arbitriũ poterit habere & consequi super bonis
dictæ hæreditatis, dũmodo quòd bona, super quibus habere
intendit, sint hereditatis prędictæ, ut plenè tangit. D. cõsultor,
& ẽt hr̃ in decisio. cõsi. Neap. 332. Gabriel Copularius. & in a-
34 lia decisione eiusdẽ consi. 218. Petita fuit assistentia¶†An autẽ
tale legatum tm̃, quantũ est ipsa dos, censeatur factum per ip-
sum testatorẽ animo cõpensandi cũ ducatis quinquaginta iu-
re & causa ꝯ pactorũ per ipsum ser Federicũ promissis dictæ
do. Elisabet casu, quo moreretur sine hæredibus & liberis, pro
ut in facto contingit, ẽt dico, quòd compensatio fieri non de-
bet, ex quo ipse ser Federicus voluntariè fecit prædictam con-
tradotem & donationem propter nuptias, cum ad eam facien
dam minimè potuisset astringi, ut constat ex processu. Nec
35 †obstat textus in auctentica dos data. C. de dona. propter nu-
pti. & in auct. æqualitas. & aucten. sed quæ nihil. C. de pactis
conuentis. & in corpore unde sumitur. Nam, ut dicit gl. in d.
auct. hodie illa non sunt in usu, ut firmat Bal. in dicta auct. dos
data, uersi. Sed statim opponitur. & ibi Alex. in additione, qui
adducit concord. & idẽ vult Bal. in dicta auct. dos data, in anti
qua lectura dicens, de consuetudine maritum non astringi ad
faciendũ contradotẽ, & Saly. in dicta aucten. dos data. uersi. ho
die tñ, dicit de consuetudine hodie dicta iura non seruari, etiã
tenet Ang. post gl. in auctenti. de ęquali. do. §. 1. & in aucten. vt
36 exactio. instan. dot. §. illud. Vnde†cũ nulla consuetudo extet in
patria, per quã mariti cogantur ad faciendũ contradotem, nisi
qñ eam faciunt, & in illa se constituunt debitores, tale debitũ
37 est merè uoluntarium, non autem necessarium. Quo†casu cõ-
munis conclusio est, ꝙ legatum factum creditori a debitore vo
luntario non censetur esse factum animo compensandi, ut ha-
betur in l. creditorẽ, de leg. 2. & propriè in marito legante uxo
ri, ꝙ tale legatũ non censeatur esse factũ animo compensandi
etiã cum dote, ad quam restituendã maritus tenebatur, est tex.
in l. unica. §. 1. uersi. sciendum. C. de rei uxo. act. & ponit Barr.
in l. cũ quis, in prin. ff. de dot. prælega. & ibidem Bar. & alij in
l. hõmi. §. si pater. ff. sol. matr. & in auct. præterea. C. unde uir
38 & uxo. Et†in marito legante uxori, ꝙ non uideatur legare ani-
mo cõpensandi, firmat Cuma. consi. 32. col. 1. uersi. sed his nõ
obstan. ubi expressè hoc tenet, nec contradicit, secus autẽ esset,
qñ pater legaret dotẽ filiæ. Nam tunc uidetur legare animo cõ
pensandi, ex quo est debitor necessarius, & ex dispositione le-
gis, & in istis terminis loquitur Cuma. consi. 133. domi. Nico-
laus. & Fulg. consi. 71. Testator in testamento, & est tex. in d. l.
si cum dotem. §. si pater. ff. sol. mat. & in l. huiusmodi. §. si pater
39 de leg. 1. & vtrobique tangunt doct. ¶†Nec obstat, si dicatur,
ꝙ pactũ de lucranda dicta contradote, casu quo ser Federicus
præmoreretur sine filijs, non debet ualere, ex quo non apparet
factũ pactũ de lucranda aliqua parte dotis, casu quo. d. Elisa-
bet præmoreretur sine liberis, & dos & donatio propter nu-
ptias procedunt a pari, ut in dicta aucten. dos data. & in dicta
auct. æqualitas. & in corpore unde sumũtur, & in l. lege leonis
40 C. de pac. conuen. cum simili. Nam†cessat obiectio stante con-
suetudine patriæ, & diu obseruata, uolente pacta & conuentio
nes in istis lucris debere seruari, prout appositæ apparent, esto
ꝙ deducant rẽ ad inęqualitatẽ: cũ hodie prædicta iura aucten-
ticorũ stante generali consuetudine nõ sint in usu, & ꝯñr dos
& donatio propter nuptias a pari non procedant: ut superius
dictũ est, & firmat Saly. etiã respectu bonorũ, qñ statutum ali-
ter non disponit, in dicta aucten. dos data. & est consiliũ in ter
minis Corn. 303. In hac consultatione. col. pen. uersi. circa fm
41 & uersic. tñ hoc nõ obstan. uol. 4. ¶†Minus ẽt obstat, si dicatur
ꝙ dicta contrados non potest peti, ex quo. d. Elisabeth transi-
uit ad secun. nup. Nam cessat obiectio ex his, quę habentur in
l. 3. §. fi. C. de secun. nup. & in decisio. consi. Neapo. 61. Fuit lata
quædam sententia, & per Alexan. consi. 111. col. 1. uol. 2. ubi
concludit, ꝙ mulier trãsiens ad secunda uota post annũ luctus
non amittit ea, quæ fuit consecuta a primo uiro ex causa con-
tradotis, & ibi assertitur, ita fuisse iudicatum, ad quæ etiam fa-
ciunt ea, quæ habetur in ca. penul. & fin. extra de secund. nup.
42 ¶†Verùm quia dos promissa dicto ser Federico nomine dictæ
Elisabeth suæ uxoris non fuit integrè sibi soluta. Dico, ꝙ talis
cõtrados nõ potuerit in totũ acquiri ipsi. d. Elisabeth, sed solũ
pro rata portione dotis solutæ & non ultra, ut habetur in §. il-
lud quoque. in aucten. de non eligendo secundò nub. ubi etiã
Ang. not. & habetur in aucten. sed quæ nihil. C. de pact. conuẽ.
& in corpore unde sumitur, & in terminis est decisio cõsi. Nea
po. 42. In causa. ubi dicitur, ita fuisse iudicatũ, prout ẽt habet
in alia decisio. dicti consilij Neapo. 333. Si dos est promissa. di
co itaque, promissionem dictæ cõtradotis fuisse ualidã, & ꝙ di
cta contrados non fuit amissa per transitum ad secunda uota.
Nec per legatũ factũ per testatorẽ uidetur esse perẽpta, ex quo
tale legatũ non præsumitur factũ animo cõpensandi cum di-
cta contradote. uerùm lucrũ dictæ contradotis non poterit in
totũ exigi ab ipsa. d. Elisabeth, sed tantùm pro rata dotis pro-
43 missæ, & solutæ dicto ser Federico. ¶†Quantùm uerò attinet
ad aliã difficultatẽ, in qua hæsitatur de legato facto per dictũ
testatorem dictæ eius uxori, in quo mandat & vult, ꝙ ipsa esset
domina, matrona & usufructuaria bonorũ suorũ, dũ uitam ui-
dualem & honestam duxerit &c. & casu quo transiret ad secũ
da uota, instituit fratres suos hęredes. Dico omissis pluribus,
quæ adduci possent, tale legatũ esse ualidũ & firmum: ut com-
muniter tenent omnes in auct. hoc locum. C. de secundis nu-
ptijs, & post Bar. omnes in l. Titia. §. Titia, de leg. 2. ubi repetẽ.
infinita cumulant, & per Soc. ꝯsil. 1. nu. 6. uol. 4. & ualet ẽt an-
tequam hæreditas adiretur, ut concludit Bal. Saly. & alij in l. ex
traneum. C. de hæred. insti. & Bal. in l. id quod pauperibus. in
14. quæ. C. de sacr. san. eccl. & Bal. & Ang. Paul. de Ca. & alij in
l. filius a parte. ff. de libe. & posth. & Alex. in l. hæreditas ex die.
ff. de hæredi. insti. in apost. ad Bar. & consi. 58. habita super nar
ratis. col. 1. uol. 3. & tenet Ang. in l. miles ita hæredem. ff. de te-
stamẽto militis. & Roma. ꝯsi. 131. col. 3. in fin. uol. 2. & nouiss.
rep. in d. l. Titia. §. Titia, in 26. q. idem firmant, ubi examinant
articulum per octo columnas, & considerant plures casus, asse
* rentes hanc esse cõmunẽ * opinionẽ, ad quam cõprobandã ad
ducunt rationes, uarias decisiones, & consilia plurimorũ doct.
nec cõclusio. istam inficiantur ipsi Philippus, & Zacharias. Et
44 †stante ualiditate dicti legati, cum factum apparet, donec ui-
tam uidualem & honestam duxisset ipsa d. Elisabeth, dico tale
legatũ fuisse annuũ, ut in l. legatũ. & in l. si in singulos annos.
ff. de annu. lega. & in l. senatus. §. fi. ff. de dona. cau. mort. & bo-
nus text. in l. sicut in annos. ff. quib. mod. ususfructus amitta.
Ita quòd ꝓ primo anno tale legatũ fuit purũ, pro sequentib.
uerò annis cõditionale, uidelicet, si uxor in uiduitate & hone-
state uixisset, & sic plura legata esse intelliguntur, pro quolibet
scilicet anno unũ, & singulis annis cedit dies legati, & singulis
annis inspicitur ꝯdõ personæ legatarię, ut probatur in dictis iu
ribus & alijs concor. & expressè tenet Bar. quẽ alij ibi sequun-
tur in d. l. Titia. §. Titia. circa fi. & idẽ Bar. in l. moribus, col. pe.
uersi. Sed quid si testator. ff. de uulg. & pup. & pulchrè tangit
Frã. de Cur. cons. 14. Nobilis testator. col. pen. uersi. sed pro ue
ritate. & ꝯs. seq. col. 2. uersi. & illa uerb. & Alex. col. 7. post Bar.
in l. & si contratabulas. idem firmat, prout etiam facit ibi Are.
& Ias. col. 6. & Alex. consi. 28. Viso themate, col. 1. uol. 4. &
Bar. Pau. de Ca. & alij in l. fi. in fi. C. de ind. uid. tol. & ad id plu
ra cumulant Mod. repeten. in d. l. Titia. §. Titia. car. 6. & 7.
col. 3. & sequen. uersi. tertia est conclusio, & uersi. circa tertiam
conclusionem, firmantes quòd tale legatum est annum, & ꝯti
net in se plura legata, & pro primo anno est purũ, pro sequen-
45 tibus uerò conditionale. Et†bene faciunt not. per Soc. consi.
71. Non est dubium. num. 7. & 8. & col. pen. uol. 3. ubi alle-
gando iura & decisi. dicit, tale legatum esse multiplex, & omni
anno esse nouum, considerando illas dictiones, dum, donec, &
similes, per quas dictum legatum fit, uolens pro tẽpore pręte-
rito ualere, & pro futuro cessare, & idẽ firmat Cor. consi. 168.
In hac consultatione, col. 4. & 5. uol. 3. & per Ias. in l. si fundũ
46 sub conditione. §. si pater. nu. 3. & seq. de leg. j. Et†pro illis an-
nis, quib. ipsa uxor legataria stetit ĩ uiduitate, & sic adimpleuit
ꝯdõnem, licitè potuit percipere fructus sibi relictos, & de illis
disponere suo arbitrio. Pro annis uerò, quibus trãsiuit ad secũ-
47 da uota, legatum fuit extinctum. †Cum illa dictio, dum, & si-
miles inducãt ꝯdõnem: vt per glo. & Bar. in l. j. C. de leg. & in
l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. & respectu futuri tẽporis,

quo secundò nupsit, sit apposita ad extinctionẽ & limitationẽ dicti legati. Quo fit, ut respectu tẽporis præteriti, in quo ipsa Elisabeth stetit in uiduitate, tale legatũ ualuerit & tenuerit; cũ limitatũ fuerit ad tẽpus, ad not. in l. fi. ubi plenè scrib. C. de legat. & diffusius per rep. in d. §. Titia. in nono & ulti. notabili.
48 Nec † valet consequentia, pro futuris annis, quib. transiuit ad secunda uota, legatũ non tenet, ergo minus tenere debet pro tẽpore præterito, quo stetit in uiduitate. Nã cũ ista diuersa sint considerata uoluntate testatoris, & tẽporũ, de vno ad aliud nõ bene infertur, uulg. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poss. Et ideo dico, quòd pro illo tẽpore, quo ipsa. d. Elisabeth fuit uidua, legatũ ualuit, & licitè potuit percipere fructus & suos facere, pro tẽpore uerò, quo transiuit ad secunda uota, legatũ nõ tenuit, ut patet ex decisio-
49 nibus supra deductis. Nec † propterea transeundo ad secunda uota tenetur restituere fructus, quos percepit illis annis, quib. fuit uidua, ita Bar. ĩ l. fi. §. fi. C. de indi. uid. toll. & Paul de Cast. in d. l. fi. col. 2. uersi. tertius modus est, & uersic. & effectus huius est. & uersi. sed an restituat. apertissimè istud firmat, quod nõ tenetur restituere fructus perceptos, & alij scriben. ibidem non negant, maximè Ias. col. fi. & Corn. & apertius istud uult Bal. & Im. in l. cũ filius. §. qui mutianã. de leg. 3. quos refert & sequitur Ias. in l. si fundũ. §. si pater. col. 3. nu. 11. uersi. Itẽ pro isto, de leg. j. ubi formaliter dicunt, ꝙ si maritus reliquit vxori usumfructũ, donec castè uixerit, & in uiduitate permanserit, quòd si ista uxor stetit uidua per trienniũ, & percepit fructus triennales, & postea nupsit, nõ tenetur restituere fructus, quos percepit pro illo triennio, quo stetit in uiduitate, & ita ẽt dicunt Mod. in d. §. Titia, in 42. q. uers. sed si testator dicat. & uersi. sequenti. ubi in puncto istud tenent, & adducunt textũ pro-
50 bantẽ in l. filiæ. ff. de annuis legat. Quæ † sententia cõprobatur per textũ in l. fi. in fine C. de ind. uid. tollend. ubi cõditio illa, si peruenerit ad uiduitatẽ, uerificatur, si fuit uidua, esto quòd non perseuerauerit in uiduitate, & ibi Pau. de Ca. quẽ refert, & sequitur Ias. ibidẽ, dicit habuisse hunc casum, de facto Venetijs, ex quo fuit factũ legatũ cuidã mulieri, si uidua erit, & illa fuit effecta uidua, uerùm nupsit post certũ tẽpus, tñ non propterea debet amittere legatũ, licet non perseuerauerit in uiduitate. Pariter, & in casu isto, cõsiderando quòd presens legatum fuit annuũ, & ꝯñr legata erãt plura, & in uno quoq; anno unũ, unde satis fuit ad consequendũ tale legatũ pro illis annis præteritis, quòd ipsa Elisabeth steterit in uiduitate, licet in ea non perseuerauerit, ex quo perseuerãtia bene requiritur ad effectũ consequendi legatũ pro annis futuris, non autẽ pro præteritis.
51 Ex † quibus tolluntur ea, quæ adducuntur pro parte ser Philippi & Zachariæ, videlicet quòd in tali legato requiritur perseuerantia, & si talis uxor, cui legatũ est factũ, transit ad secunda uota, quòd tunc priuatur legato, & tenetur restituere fructus perceptos tẽpore ꝑterito, per textũ in §. si uerò. & in §. seq. in auct. de nup. & in auct. cui relictũ. C. de indi. uidui. tollen. Et quia tale adimplementũ non debet diuidi, iuxta not. in l. si seruus. §. si pluriũ. ff. si quis cautio. & in l. cui fundus. ff. de condi. & demonst. cum concor. & ideo perseuerantia erat necessaria in ipsa uiduitate, potissimè cõsiderata uerisimili mẽte testatoris, cui
52 per trãsitũ ad secunda uota vr̃ fieri iniuria. Nam † prædicta omnia cessant ĩ casu presenti, qui est satis diuersus ab illo, de quo in d. §. si uerò. & in dicta auct. cui relictũ. Nã, ut post antiq. dicit Pau. de Cast. & Corn. & Ias in d. l. fi. C. de ind. uidui. tollen. sunt tres modi legandi, seu legatũ potest fieri sub triplici con-
53 ditione. Primò † sub illa, si uxor non nupserit, & ista inducit uiduitatẽ & perpetuò debet seruari, & debet habere perseuerantiã taliter, quòd si uxor aliquo tẽpore steterit uidua, & postea secundò nupsit, priuatur legato, & restituere tenetur oẽs fructus, quos recepit pro tẽpore pręterito, & in istis terminis procedit tex. in d. §. si uerò. & in dicta auct. cui relictũ. & not. doct. omnes in dictis locis, & ratio est: quia ꝯstat de uoluntate testatoris, & conditio ista debet esse perseuerans, nec in ea admittitur adimplementum pro parte, & iste non est casus noster. Se-
54 cundò † legatum fit sub illa conditione, si uxor ad uiduitatem peruenerit, & ista conditio adimpletur illico, quòd peruenit ad uiduitatem, & ista conditione non astringitur mulier in ea perseuerare, & isto casu loquitur text. in l. fin. C. de ĩdic. uidui.
55 tollen. Tertio modo legatum fit uxori sub illa conditione, donec, uel dum uidua erit, & ista conditio non inducit uiduitatem perpetuam sed per tẽpus. Nam per eã testator non prohibet, ut non nubat, sed vult, quòd habeat, quousq; nõ nupserit, sed postquã nupsit non. Et ideo pro tẽpore, quo non nupsit ipsa do. Elisabeth, bene potuit consequi legatũ, & fructus, & postea nubendo non tenetur illos restituere, sed bene ꝑ transitũ ad secunda uota priuatur commodo legati in futurũ, ut dicit Pau. de Cast. post Bar. & alij Mod. in dicta. l. fi. in fin. & Bal. & Imo. in d. l. cum filius. §. qui mutianã. & Ias. in dicta. l. si fundũ §. si pater. & repetẽ. in dicto. §. Titia. q. 42. col. fi. & iste propriè est casus noster, in quo non requiritur perseuerantia ad consequendũ usufructus pro tẽpore præterito sed bene pro futuro, & conditio ista rescinditur & diuiditur, non contra uoluntatẽ testatoris, imò secundùm eius uoluntatem, ex quo sub hac forma legatũ fecit. Nã si aliter uoluisset disponere, sub alia forma disposuisset: ut sunt deci. apertissimè superius deductæ. Nec
56 † aliqua fit iniuria marito, cum eo uolente uxor legataria cõsequatur prædicta, & legata fuerint plura, & diuisa in tempus, & sic cessant not. in d. l. cui fundus. & in dicta lege si ser-
57 uus. §. si pluriũ. Et † tale legatũ cũ factũ fuerit uxori, extraneis hęredibus institutis, plenũ est, & in eo ueniunt oẽs fructus, redditus, & prouẽtus bonorũ, super quibus relictus est, ut in lege usufructu legato. & sequẽti. & in lege quoties. §. fi. ff. de usufructu legato. & ĩ dicta. l. nota. Bar. Bal. & Ang. & Alber. & ẽt Bar. in lege vxori meæ. eod. titu. & ponit Pau. & Alex. & alij in lege diuortio. §. si vir. ff. sol. matri. & per Franc. de Cur. ꝯsi. 14. col. 1.
58 Et ideo de fructibus ex dictis rebus perceptis ipsa domina Elisabeth potuit disponere & facere suo arbitrio, argumẽto legis in re mãdata. C. mãdati, & ꝑ Corn. consi. 187. Circa hãc. col. 2. uersi. & ex his. uol. 2. cũ alijs plenè cumulatis per omnes in di
59 cta. l. Titia. §. Titia. & in locis supra adductis. Nec † per tale legatũ factum dictæ dominæ Elisabeth censentur sibi adempta alia legata eidem facta per ipsum testatorem, ut supra dictum est, & in puncto uoluit Corn. consi. 308. col. 2. & 3. uolu. 4.
60 Nec † prædictæ dom. Elisabeth potest obstare illud, quod dicitur per partem aduersam, quòd priuari debet dicto usufructu, ex quo non confecit aliquod inuentariũ, nec præstitit cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, & de restituẽdo bona, super quibus usufructus erat constitutus, quæ confectio non potuit omitti, & cautiones prædictę omnino debebãt præstari, etiam si aliter testator disposuisset, ut plenè traditur per omnes in l. 1. & 4. C. de usufructu. & per Alex. in dicto cõsi. 58. uol. 3. cum alijs cumulatis per repetentes in dicto. §. Titia. quæstio. 49. & 51. & tribus sequẽtibus. & per Franciscũ de Cur. consi. 50. colum. 15. uersiculo comprobatur etiam hęc conclusio. & per Cor. consi. 303. in litera y. uol. 1. & consilio 117. in princip. & cõsi. 173. uol. 3. & consilio 64. uolumin. 4. & consi. 164. vol. 1. & cons. 267. vol. 3. & per Socy. consi. 131. In presenti, col. 7. accedat & alia, volum. 1. & colum. 5. versic.
61 minus quoq; obstat. Nam † aduertendum est, quòd licet Bartol. in l. nemo potest. de lega. primo, colum. secunda, uersiculo quærit Dyn. & columna prima, versiculo oppono. C. de vsufructu. tangat dictos articulos, & doctor. omnes ibi idem faciant, maximè nouissimi repetent. & ibi etiam Iaso. in prima lectura nume. 50. & sequen. & in secunda lectura in dicta oppo
62 sitione Bartol. numero 65. & sequent. Tamen † dico quoad casum presentem, quòd vsufructuarius non debet facere inuentarium secundùm solennitatem. l. fin. C. de iur. deliber. ex quo satis est, quòd faciat aliquam descriptionem de dictis bonis, vt dicit Alexand. in dicto consilio 58. columna secunda, versi. posito ergo, volum. 3. & melius istud tangit Pau. de Cast. in l. cum tale. §. Titius. ff. de conditio. & demonstratio. versic. dicebatur contrarium. & versiculo sequen. & bene tangit Decius consilio nouiter impresso 15. Visa, aliàs 417. numero decimotertio, & sequen. & columna finali, vbi declarat, quando testator potest remittere inuentarij cõfectionem, prout etiam tangit Ias. in l. cum necessitate. C. de fideicommiss. & magis in specie istud firmat Corne. consil. 303. Plura quęsita, columna penultima. versicu. deueniendum est, vol. 1. & Mod. repetent. idem volunt in d. §. Titia qu. 51. & 55. vbi concludunt etiam aliud, ꝙ si ipsa vxor vsufructuaria non faceret inuentarium, non propterea incidit in suspitionem furti: quia non tenetur facere nisi requisita ab hærede petente cautionẽ. & esto ꝙ non fecerit, nõ propterea priuatur vsufructu, & quia apparet per d. do. Elisabeth factam fuisse talẽ descriptionẽ, & ex ea iuuatur, vt mi-

63 vt minimè priuari debeat vsufructu.Et†si nullam fecisset, adhuc idē esset dicendū. Nam inuentariū faciendū a dicta legataria, & cautiones ab ea præstandæ non videntur habere effectū & locū, qñ per testatorē fuisset hæres institutus post mortem uxoris; vt fuit hic institutus ser Philippus cum fratre post mortē.d.Elisabeth,uel post transitum ad secunda vota, vel post inhonestā vitā.Isto.n.casu si vxor legataria de facto vtitur vsufructu non confecto inuentario,nec præstitis cautionib. non propterea vsufructu priuari debet; cū nō sit persona hæredis, cui talis cautio debeat præstari.Ita Fran.Are.in l.filius a parte,col. 8.in princ.ff.de lib.& posth. referunt & sequūtur Mod. repet.
64 in d.§.Titia.q.49. circa fi.& q.55. circa fi. Prout † ēt obiectio penitus tollitur,ex quo licet ipsa Elisabeth nullū fecisset inuenuentariū,neq; descriptionē bonorū,nec aliquā cautionē præstitisset:tñ quia nunq̃ fuit requisita a dictis hæredibus , vt prædicta faceret , & ipsa bona fide fuit in possessione pdictarū rerū, & bona fide dictos fructus percepit scientibus & patientibus prædictis hæredibus,dicendū est,illos fecisse suos, nec ad illorū restitutionē teneri.ut dicit Bar.in l.uxori,ī fi.ff.de vsufr.leg. & Bal.in l.1.col.fi.& in l.4.col.fi. & vtrobiq; Paul. de Cast.C. de vsufru.& Paul.de Cast.consi.240.Præfati Vanutius.in fi.& Saly.in d.l.1.& Alex.in d.l.vxori, in fi.in addi.ad Bar. & Barb. post alios doct.in c.fi.ex̄ de pign. & in consi.64.vol.2.& Cor. consi.173.col.fi.uersi.elicitur.vol.3.& melius per Soc.d.cōsi. 131.col.fi.vol.1.& plenè Dec.d.cōsi.15.nu.2. & seq.& Mod. Papien.in d.§.Titia q.52.adducētes alias decisi. expresè istud firmant,ex quib.infertur,tale legatum ualuisse, & ēt do. Elisabeth fecisse fructus perceptos suos , & de illis suo arbitrio po
65 tuisse disponere. ¶†An autem expensæ funeris ipsius ser Federici deberent fieri per ipsam Elisabeth vsufructuariā ꝑñr de dictis fructib. an verò deducēdæ sint ex alijs bonis hæreditarijs, hř in l.impēsa.ff.de relig.& sumpt.fune.iuncta glo.in l.priuilegia.ff.de priuileg.cred.& ponit Cor.cōsi.122. Circa col.5.versi.& veniunt ēt.vol.2.& per Soc.d. consi.131.col.6.uersi.præterea pariter.uol.1. & ponunt repet. in d.§.Titia. col.fi.in 88.
66 q.An†ēt ipsa d.Elisabeth de dictis fructib. teneat soluere legata,& quæ,& satisfacere creditoribus legatarijs, variç sunt opiniones, quæ referūtur per Corn.ↄſ.195.Circa, quod, vol.4.& per Ias.in l.1.in princ.in 2.lectu.nu.12.ff.ad Treb. & d iffusius
67 per repet.in d.§.Titia.q.22.& q.60. An† ēt ipsa do.Elisabeth de dictis fructib. teneretur satisfacere creditoribus hæreditarijs,vel ne,& quibus, uariæ fuerunt opiniones, de quibus per Bar.& Alex.ī l.fi.ff.de vsufruct.leg. & per Pau.de Cast. & alios in l.fi.§.finautē æs alienū.C. de bonis quæ lib. & per Corn.in d.consi.195. col.3. uol.4. & per Soc.d. consi.131.col.6.& 7. volu.1. & per Ias. in d.l.1.in princ.in secunda lectura, nu.12. & seq.ff.ad Trebel. & plenè per repetentes in d.§. Titia.q.59. & ponit ēt Dec.consi.237.& per Pau. de Cast. consi.472.Du-
68 bium,de quo quæritur.in fi.Quas†difficultates , & alias similes concernentes refectionem retū hæreditariarū, expensas factas famulorū,& pedissequarum,ac ēt litium factarum & solutionem collectarū, in præsenti consultatione examinare expediens minimè mihi uisum fuit. Cū ipsa d. Elisabeth in prædictis acquiescere uideatur decisioni præfati .D. consultoris , & super prædictis ipse ser Philippus & Zaccharias parum instare uideantur , & ne ēt partes ipsę pluribus dispendijs agitentur.
69 Quibus†etiā ex causis aliter nō discutio, an ipsa do.Elisabeth potuerit exigere debitores hæreditarios, & quos, de qua difficultate habetur per Corn.d. consi.195. col.3.& consi. 187. Circa hanc consultationem per totum, maximè col.fi.uol.2.&
20 la, vana, & sine effectu. Et † si ipsa Illustrissima do. vim faceret super cōstituto facto per eius maritum in codicillis, iuxta not. in d. l. quod meo, cum vulgar. adhuc dr̄ tale constitutū nihil operari in dictis bonis feudalibus emphiteuticis, & fideicom-
21 missariis. Prout † etiā in aliis bonis eius mariti nihil operaretur; cū collatum appareat post mortem constituentis, & sic cōferatur in tempus, quo possessio defuncti erat penitus interrupta, ut no. Ang. in l. quamuis. §. 1. uersi. sed ex hoc dico. ff. de acqui. poss. & ibi Ale. & alij no. ut idem Ale. facit consi. 82. perspectis, col. 3. uol. 2. & Dec. consi. 247. in causa, col. pen. uersic.
22 ulterius etiam. Prout † etiam nihil operaret̄, ex quo fuit collatum in euentum conditionum, vt patet ex serie dictorum codicillorum, & in res incertas, iuxta tradita per Alex. & alios in l. 3. §. incertam. ff. de acq. poss. & Dec. consi. 226. Magister Io
23 annes. Cum † itaque extrema dicti possessorij in rebus prædictis ipsa domina Isabella minimè probauerit, in illis obtinere minimè potest, ad tradita per omnes in c. consultationib. de officio deleg. & in c. olim, ubi gl. in uer. restitutionem, & in ca. cum ad sedem, de resti. spolia. & per gl. in l. 1. §. interdictū autem. ff. de ui & ui arma. & Lap. allega. 72. Letatus sum, & per Soc. in l. rem quæ nobis, in 7. q. principali. ff. de acquir. possess.
24 Et † q̄m super dictis bonis ipsa do. Isabella nō docuit se fuisse spoliatam aliquo statu percipiendi alimenta, in illis modo aliquo alimenta constitui, & percipi non potuissent, & in pceptione illorum super dictis bonis non docuerit, nec ꝓbauerit se fuisse eiectam, seu impeditam, ut ex illis alimēta propria auctoritate perciperet, tam uiuēte filio, quàm post ipsius mortē, necessariò excludenda uenit, nec obtinere poterit, cū non fuerit in illo statu percipiendi alimenta super bonis prædictis ꝓpria auctoritate, ut consuluit Paul. de Castr. consil. 82. in causa
25 quę uertitur, uolu. 2. Priuatio † enim habitum pręsupponit, & restitutio statum primeuum, quo cessante, & ipsa cōsiderāda nō est, ſm iura vulg. & communia, ad quæ etiam faciūt no-

per

26 per Pau.de Cast.consi.88.in cā sfortij, col.2.uol.2. Eo † magis cū ipsi domini de Pepulis iusto titulo,bona fide, & authore Prætore reperiantur dicta bona possidere,quo casu dicta ad uersaria necesse habebat articulare,& ꝓbare istos dños possedisse a se clam, uel precario,ut* communiter concluditur per
* Bar.Imo.Pau.de Ca.& oēs Mod.i l.si de eo.§.fi.ff.de acq.poss. & per Soc.in d.l.rem quę nobis,in 7.q.& Alex.consi.118.volu.2.& consi.89.vol.5.quod per ipsam factum,& deductū mi
27 nimè apparet,meritò igitur excludenda uenit.Et † faciūt no.ꝑ Dec.in d.c.cōsultationibus,in 4.notab.Bar.Ale.& Soc.in l.iustè possidet.ff.de acq.poss.cū si.Ex istis infert, nō esse discutiēdū,ad quā quātitatē fieri debeat alimētorū taxatio, & moderatio: cū sup istis minimè cadat alimētorum ꝯstitutio,& ipsa do. Isabella nullum statū habuerit illa percipiendi super bonis ꝑ
28 dictis.Super † aliis igitur bonis,quę fuerunt dicti eius mariti, consideranda uenit dicta taxatio, & moderatio,circa quā considerādum erit,ipsum testatorem,& maritū vltra legatum alimentorū eidē do.Isabellæ reliquisse dotem,quo casu alimenta taxāda,& moderāda ueniunt, iuxta æxtimationē dotis, & non iuxta oēs facultates disponētis,per l.cū vnus.§.alimentis.ff.de alimen.& ciba.leg.quem tex.citat Rom. in suo singulari. 546.
29 Dicit tex. ꝙ legans.Item † consideranda veniunt bona, & facultates testatoris, de quibus potuit disponere, per textum cū gl.in l.cum alimenta, in prin.ff.de alimen.& cibar. lega.& in
30 l.sicut.ff.de annuis lega. Prout † etiam consideranda erit conditio,& qualitas ipsius do.Isabellæ.l.si cui,vbi doct.alia adducunt,de legatis.1.& per Bal.in l.pen.ff.de alimen.& ciba.lega. & Ale.d.consi.100.col.fi.vol.1.& d.cons.3.vol.4.Considerā
31 da † etiā erit consuetudo prædictæ do.Isabellæ defuncto marito,iuxta no.per gl.in l. fideicommissum.C.de fideicommis. cum aliis adductis per repetentes in d.§.Titia, col.87.nume. 143.uersiculo, sed dubitatur. Parisius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus non potest adire hæreditatem matris, nec agnoscere bonorum possessionem.*
2 *Et si moritur in furore, non transmittit illam hæreditatem ad eius hæredes.*
3 *Peruenire enim debet vnà cum fructibus perceptis ad proximiores illius primi defuncti, ac si furiosus nō fuisset ī rerū natura.*
4 *Idem si curator furiosi adiuit seu agnouit.*
Talis enim aditio, & agnitio, per curatorem facta stat in pendenti, si furiosus resipiscat, & consentiat.
5 *Matertera succedit soror, & filius alterius sororis.*
Filius an & quando subintret locum patris seu matris.
7 *Ampliatio ad.§.reliquum, in auctentico, de hæredib.ab intestato venien.*
8 *Per fideicommissum succeditur testatori,& nume. 13.*
9 *Fideicōmissum conditionale eueniēte conditione efficitur purū.*
10 *Substitutus moriens ante grauatum reddit substitutionem inefficacem, & caducam.*
11 *Substitutus moriens ante euentum conditionis non transmittit ius substitutionis in hæredes suos.*
12 *Fallit, quando eius hæredes a testatore expressè sunt vocati.*
14 *Differre debent substitutus & grauatus.*
15 *Furiosus, habetur pro mortuo.*
16 *Substitutio in dubio non debet iudicari nulla, & inefficax.*
17 *Pro expresso dēt haberi, quod testator verisimiliter disposuisset.*
18 *In fideicōmissis magis mentē, quàm verba testatoris attēdimus.*
19 *Legata, fideicommissa, & similia relinquuntur propter amorem & affectionem.*

CONSILIVM XCIX.

Si consideramus bona quæ fuere. q. d. Catherinæ matris
1 Asquini,licet ipsa ꝑmortua fuerit Asquino.Verùm † quoniam in facto præsupponitur,tempore mortis domi. Catheri. d.Asquinum fuisse furiosum,non potuit ipse existens in furore adire talem hæreditatem matris,nec etiam agnoscere bonorum possessionem,ut habetur in l.fin.§.nos autem.C.de curato.fur.& licet curator Asquini, si tunc temporis ei datus erat,
2 potuisset agnoscere,ut nota.in d.§. nos autem. Tamen † quia ipse Asquinus mortuus est in furore, non potuit talem hære-
3 ditatem transmittere ad eius hæredes.Sed † illa peruenire debet vnà cū fructibus perceptis ad dominā Barbarā,& do.Io.& Aloysiū,qui oēs tanq̄ proximiores ab intestato succedere poterant.d.do. Cathe.si non fuisset in rerū natura ipse Asquinus furiosus.ita tex.in l.hæres furiosi,in princ. ff.de peti.hæred.&
4 omnes scribentes ibi firmant, maximè Pau.de Ca.qui † adducit rōnē: q̄m talis aditio, & agnitio facta per curatorem stat in pendenti,ut careat effectu,& habeat pro nō adita, nec agnita, si furiosus nō resipiscat,& consentiat, quo casu omnia restitui debent uenientibus ab intestato, est tex.apertus in d.l.fi.§.fin. autem in furore, & tenet Bar.ibi in §.tali itaque, & etiam Saly.adducens aliā rōnē,vt per eū, & idē Saly.in l.potuit,col.penul.uer.quæri potest.C.de iure deliberandi, dū se remittit ad no.per eū in d.§.tali itaque,& sequūtur doc. maximè Ias.in l. infantis,circa principiū C.qui adm.& idē Ias.post Ale.& Ful. in l.si infanti.col.6.uer.hinc dubitat.C.de iure delibe.& bene facit tex.in l.Antistius.§.fi.ff.de acq. hæred.& q̄ no. Are.ibi in §.si seruus.col.2. uer.gl.in ultima substitutione, & hoc firmat glo.in uersi.dare,in l.Licinius.§.fi.de leg.2.& Bar.ibi expressè hoc tenet, & clarius Pau.de Ca.ibi hoc firmat,volens ꝑ furiosum hæreditatē nō acquiri,nisi resipiscat,& idē Pau.in d.l.Antistius.§.fi.& bene facit tex.in l.1.vbi Bar.post gl.in uer.quæro,de bon.poss.ff.de bono.poss.fur.dela.dicit, ꝙ ipse furiosus non transmittit,sed eo mortuo in furore hæreditas reuertitur ad primos hæredes,qui poterant ab intestato succedere, & sic in casu præsenti hæreditas,& bona do. Catherinæ spectabunt & pertinebunt ad dictos do.Barbarā, & Io.& Aloysium, q̄ ab intestato d.do.Catherinę poterāt succedere.Et esto,ꝙ ipsa do. Barbara sit soror do.Catherinæ,& d.do.Io.& Aloysius sint nepotes prædictæ do.Catherinæ, q̄ est amita, & matertera ipsorū,tn̄ quia ipse do.Io. est filius q.d.Ioanninæ sororis d.do.Catherinæ.& ipse do.Aloysius est filius.q.d. Bartholomei fratris
5 d.do.Catherinę. Et † cū in præsenti tractet̄ de successione ipsius Catherinæ sororis dictæ Barbaræ, & materterę ipsius do.
* Ioā.& amitæ ipsius do.Aloysij,succedit uera,& * cōmunis cōclus.ꝙ in tali successione ipse do. Io. subintrat locū matris,& ipse do.Aloysius subintrat locū patris, & ꝯn̄r succedūt vnà cū dicta do.Barbara,per stirpes tn̄,ut traditur in d.§.reliquum,in auct.de hæredi.ab intesta.uenien. & ibi no.Bar.& Ang.& tradit Bar.Salyc.& alij sequuntur in auct.post fratres.C.de legit. hæred.& Alex.consi.44.Alfonsus,col.6.uer.clarum est,uolu. 5.& plenè tangit Dec.consi.1.& etiā in pluribus aliis cōsiliis, & Ang.Are.Mathesillanus de Mathesilla.& Nicola.de Vbald. in trac.de successione ab intestat.in 3.artic. principali, quali-
6 ter inter se succed. transuersa. Et † licet dictus.§.reliquum,& alia iura concordantia loquantur de fratribus, & patruis, & auunculis.Tamen idem dicendum est de sororibus,& de amitis,& materteris, cum hodie sublata sit omnis differētia sexus ut in §.nullam,in auth.de hr̄di. ab intestato uenien.& in auct. defuncto.in fi.C.ad Tertul.cum concor.& ita in propriis terminis nostris firmat Mathesillanus de Mathesill.in dicto suo tractatu,carta mihi 12.col.2.uer. Vbicunque autē in hac ma-
7 teria.¶ † Quantùm uerò attinet ad bona, quæ fuere olim Bernardini de Prodolono patris do.Asquini,cui Asquinꝰ ipse successit ex testō,tp̄e quo erat sanæ mentis, aduertendum est: q̄m dicta bona paterna subiecta erant fideicommisso. Nā do.Bernardinus pater in suo testō, in quo do. Asquinum suū hæredē vniuersalē īstituit,expressè ordinauit,& disposuit, ꝙ casu quo do.Asquinus decederet sine filiis,eius substituti vulgariter,pupillariter,& per fideicommissum esset ipsa do.Catherina vxor testatoris,& mater Asquini,& sui hr̄des. Eo em̄ casu, quo Asquinus sine filiis decederet, ipse testator ei substituit ipsā do. Catherinam,& suos hęredes, quę substō fideicōmissaria licet esset ꝯdōnalis, tn̄ quia conditio fuit purificata, & euenit,q̄m ipse Asquinus mortuus est sine filiis,meritò locus esse dēt d.si
8 deic.per † quod succeditur ipsi testōri.l. cohæredi.§. cū filiæ.
9 ff.de vulg. & pup.Et † licet fideicōmissum ab initio esset ꝯdōnale,tn̄ quia ꝯditio ipsius extitit, hr̄ perinde ac si fuisset purū
10 ut disponunt iura vulgaria,& cōia. Et † licet ipsa do.Catherina substituta Asquino mortua sit ante Asquinum, & ꝯn̄r eius substitutio vr̄ effecta caduca,& ꝯn̄r inefficax. l. 1. C.de cadu.
11 tol.§.in nouissimo,& §. ꝓ secūdo.Et † ipsa do.Catherina substituta sub conditione, mortua ante euentum conditionis,nō potuerit tale fideicōmissum ꝯdōnale,& spem ipsius transmit-
* tere ad hæredes etiā suos,ut dicit gl. * communiter approbata per

ta per omnes scribentes, ibi in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. Bar. in l. 1. col. pen. uer. alia gl. de leg. 1. plenè Ias. in l. cum filio, col. 5. in 5. notab. de leg. 1. & p Soc. latè post alios in l. hęredes mei. §. cũ ita, col. 3. & 4. ff. ad Treb. & est tex. ĩ d. l. vnica. §. sinautẽ aliquid sub ꝯdõne, & ibi Bal. no. C. de caduc. tollend. Tamẽ qm̃ in casu præsenti ipse testator nedũ substituit d. Asq. no casu, quo decederet sine filiis, d. do. Catherinã, sed ẽt suos hr̃des, certissimũ erit, hr̃des do. Catherinæ expresè esse uocatos ad d. fideic. p ipsum testatorẽ, ad quod fideicõ. nõ ueniunt uirtute transmissionis, quo casu ꝓcederent ꝯria superius alle-
12 gata. sed † ueniunt iure proprio, & ex eo quia ab ipso testatore fuerunt expresè uocati, ita tex. in d. l. vnica. §. pro secundo, uer. Nisi, & in hunc casum, uel substitutus, & melior tex. in d. §. sinautẽ aliquid sub ꝯdõne, uer. Nisi, & hic, uel substitutus, & expresè hoc firmat. Bal. in l. vnica. C. ut actio. ab hære. & ꝯ hęre. & in l. si pater, q. 4. C. de inst. & substi. & Soc. in d. l. hæredes mei. §. cũ ita, col. 3. uer. aduertẽ tñ, ubi istud ex pluribus comprobat; cũ igitur per fideic. ab ipso testatore casu, quo Asquinus decederet sine filiis, expresè etiã sint uocati hęredes do. Catherinæ, & cõditio fideicõ. extiterit, tale fideicõmissum sine dubio debetur hæredib. d. do. Catherinę, & ꝓñr dictæ do. Barbarę, & do. Ioanni, & Aloysio, qui iã sunt hęredes ab intestato d. do. Catherinæ, ut superius plenè extitit deductũ. Non
13 † ẽm hic agitur de succedendo do. Catherinæ, & de succedẽdo do. Asquino, sed de succedendo per fideic. do. Bernardino testatori, ut dixi. hęredes aũt do. Catherinę solùm sunt in cõsideratione, ut sciatur, qui sint, ad hoc ut ad fideicõmissum p̃dictũ ueniant, tanq̃ uocati expresè a dicto testatore, & procul dubio hęredes do. Catherinę ad hunc effectũ nõ possunt esse alij, nisi prædicta do. Barbara, & do. Ioãnes, & Aloysius, ut fuit conclusum in primo arti. Persona ẽm Asquini filij d. do. Cathe. nõ est in cõsideratiõe; cũ tẽpore, quo do. Cathe. fuit mortua, Asquinus ipse esset furiosus, & successiuè in furore mortuus, & nunquã resipuerit, ꝓñr nunquã fuerit eius hęres, ut dictũ est, & ulterius nõ potest ꝯsiderari, ꝙ ipse Asquin⁹ esset hæres matris, & sic ꝙ tanq̃ eius hæres possit dici substitutus & a
14 dicto testõre ad tale fideicõmissum uocatus. Nã † si hoc esset, sequeret, ꝙ grauatus & substitutus esset vna, & eadẽ persona, quod quidẽ est ꝯ omnia iura, vulg. disponẽtia, diuersitatẽ debere esse inter personã substitutã, & personã grauatã per substitutionẽ, vt l. 1. & per totũ, cum concord. & in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. Et quia actio, & passio non possunt cõcurrere in vno, & eodem subiecto, vnde cum Asquinus fuerit grauatus per fideicommissum, nõ potest dici, ꝙ ipsemet ad illud sit uocatus, & substitutus, & ꝓñr isto casu nõ uenit, nec compre-
15 henditur inter hęredes do. Catherinæ matris suæ. Eò † magis cum ea uiuente pro mortuo ipse habebatur respectu furoris, ut in simili traditur in l. si quis alicui, & in l. si per epistolã. ff. de acqui. hered. & per Bal. in l. humanitatis. C. de impuberũ,
16 & in l. diuus. ff. de offi. præsid. Hæredes † itaque do. Catherinę erunt supradicti, habiles, & idonei. Nã aliàs tale fideicommissum, & substitutio redderetur nulla, & inefficax, quod minimè dicere debemus. l. quoties. ff. de reb. dubiis. l. quoties. ff. de verb. obl. cum simi. Verosimilem ẽm mentẽ testatoris fuisse satis cõ stat, ut voluerit vocare hæredes do. Catherinæ, qui illi fuissent successuri, si do. Asquinus Catherinæ matri prædece-
17 cessisset. Et † quod verosimiliter testator respõdisset, si de hoc interrogatus fuisset ꝓ expresso haberi debet. l. tale pactũ. §. fin. vbi gl. & doct. ff. de pactis, Bal. in l. 1. C. quæ res pign. & bonus tex. in l. Titius. §. Lucius, & ibi no. doct. ff. de lib. & posthu. & p
18 Ale. in l. duo iudices. ff. de re iudi. Eò † etiam quia in fideicõmissis magis mentẽ testatoris etiam coniecturatam sequi debemus, q̃ ipsorum rigorem, & expressionem. l. cum virum. C. de fideicommis. l. Publius. ff. de cõdi. & demon. §. fi. l. hæredes mei. §. cum ita, preallег. l. qm̃ indignum. C. de testa. & ibi plenè Moder. & plenius per eosdem in l. 3. C. de lib. præteritis. Et vltra superius dicta, ꝙ d. do. Ioannes, & Aloysius concurrãt, & veniant vnà cum ipsa do. Barbara, etiam suadetur attenta affectione dicti Bernardini testatoris, quam habebat erga prædictos, & maiorem quàm erga domi. Barbaram, amore enim, &
19 nõ modico ipsos prosequebatur. Et † in iure certissimum est, legata, & fideicommissa propter merita, amorem, & affectionem communiter solere relinqui. l. nec adiecit. ff. pro socio. l. nemini. §. filios aũt. C. de aduo. diuers. iud. l. alimenta, in principio, & ibi Bar. ff. de alimen. & ciba. lega. Rom. consi. 29. in cã maiore, & pulchrè p Soci. consi. 37. viso testamento, col. 3. nu. 8. vol. 3. Vbi etiã plura alia adducit, quę bene deseruiunt præsenti decisio. Quib. omnib. cõsideratis, cõcludit proculdubio, ad tale fideic. ab ipso testatore vocatos esse p̃dictos do. Ioãnẽ, & Aloysium, & do. Barbarã, & cõsiderata affectione, & amore testatoris, per prius esse cõsideratos ipsos do. Ioannẽ, & Aloysium, quàm ipsam domin. Barbaram. Parisius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Mentecaptus, & nullum penitus habens iudicium, & carens intellectu furioso æquiparatur.*
2 *Mentecaptus, & furiosus succedit patri, & ipso iure efficitur eius hæres sine assensu curatoris.*
3 *Sunt enim in potestate patris, & ipsi etiam habent suos filios in potestate.*
4 *Statutum excludens fœminas, & vocans fratrem defuncti interpretari debet secundùm ius commune.*
5 *Frater succedit fratri de iure cõmuni, si non est alius proximior.*
6 *Statutum vocans masculos, & excludens fœminas, quo respectu dicatur fauorabile seu odiosum, & num. 9.*
7 *Et vocans fratrem ad successionem intelligitur de fratre seu alio agnato apto ad prolem, & ad generandum.*
8 *Et an habeat locum in clericis, vel monacis, vel alijs, qui non possunt generare.*
10 *Statutum excludens fœminas, & vocans masculos videtur conditum ad conseruationem familiarum per lineam masculinã.*
11 *Et an habeat locum in mentecapto, & furioso.*
12 *Nec locum habet in eo, qui non potest matrimonium contrahere, licet posset habere filios naturales.*
Per naturales filios non conseruatur agnatio, & familia.
13 *Furiosus, & mentecaptus habetur pro absente.*
14 *Mentecaptus nõ succedit in regno, nec ĩ feudo, nec ĩ maioricatu.*
15 *In alijs autem bonis allodialibus succedit.*
16 *Prædictum statutum non comprehendit personas inhabiles, per quas familia non posset conseruari.*
17 *Furiosus, & mentecaptus non potest adire hæreditatẽ, nec agnoscere bonorum possessionem.*
18 *Curator autem eius bene potest ista facere.*
Et licet curator hoc faciat, si furiosus, & mentecaptus mortuus est, antequam resipiscat, non transmittit illam hereditatem ad eius hæredes.
19 *Frater quærẽs bona præsumitur illa quæsiuisse ex industria sua qñ bona cõia erãt modica & vix sufficiẽtia ad victũ, & n. 20.*
21 *Frater dotem habitam ab eius uxore, & positam in communi, potest detrahere de bonis communibus.*
22 *Et prius quãdo cum fratre diuiduntur bona, dos prædicta venit detrahenda.*
23 *Fratres existentes in communi, expensas debent habere de communi, esto quòd vnus habeat maiorẽ familiã altero. & nu. 25.*
24 *Dotis fructus cedunt marito.*
26 *In diuisione facienda inter fratres, retineri possunt per vnum bona consignata pro dote eius vxoris.*
27 *Bona cõsignata marito pro dote possũt p maritũ licitè retineri.*
28 *Talis consignatio bonorum licitè fieri potest.*
Pro dote potest consignari patrimonium, & pars illius.
29 *Frater potest retinere dotes suæ vxoris in diuisione facienda cũ fratre.*
30 *Arbitri procedentes ex bono & æquo, possunt disponere, vt bona data pro dote retineantur.*
Aequitas amplectenda est.
31 *Compensatio fieri põt respectu pecuniæ debitæ super alijs bonis.*
32 *Compensatio an fieri possit de specie ad quantitatem.*
Compensatio speciem habet reconuentionis.
33 *Reconuentio fieri potest de specie ad quantitatem.*
34 *Compensatio quandoque capitur pro retentione.*
35 *Retentio in pluribus concessa est.*
36 *Retentio quandoque conceditur, licet compensatio denegatur.*
37 *Societas inter fratres communiter habitantes an præsumatur cõtracta, & qualis.*
38 *Et super quibus bonis.*
39 *Furiosus, & mentecaptus, an possit verè, tacitè, expresè, aut fictè contrahere, societatem.*

40 Vxor,

40 *Vxor,& eius maritus licitè percipiunt fructus ex bonis eisdem pro dote assignatis.*

CONSILIVM C.

Cum in facto pro firmo præsupponať, Carolũ ab eius natiuitate fuisse,& esse mentecaptũ, & nullũ penitus habere iudicium,& carentẽ mente, & intellectu. Resul-
1 tat vera conclusio, ꝗ furioso æquiparatur, vt hr̃ in l.2.& ibi nota.Bal.C.de curat.fur.& ĩ l.si furiosi,vbi Bar. C. de nuptiis, & ꝑ glo.vbi doct.maximè Mod. Perusi.in l.humanitatis.C.de impube.& in l.ex facto,ubi Imo.ff.de vulg.& pup.& per glo. & doct.in §.præterea.insti.quibus non est permis.facere testa. no.in l.1.in fin.& in l.seq.ff.de postulan.& ponit Fulg.consil. 80.Quidam ser Ventura,& Alex.consi.54.Ad quæsitũ.& cõsi.140.Maturè,vol.1.& consil.85. Viso themate,& consi.86. Visis dubitationibus,vol.2.& consi.3.Breuiter, vol.6.& bene per Soc.consi.47.Facti narratiõe,col.2.vol.3.& per Corn.cõsi.22.Visis nonnullis,col.2.uol.3.ubi allegantur aliæ decisiones ɔcor.Et concluditur idem esse iudicandum, & dicendum de mentecapto,sicuti iudicatur,& dicitur de furioso, & ꝗ furiosi,& mentecapti ꝓcedũt a pari, qñ mẽtecaptus penitus ca-
2 ret intellectu,vt supra. Quo † stãte circa primũ dubiũ dr̃ ipsũ Carolũ bene potuisse succedere eius patri insimul cũ do. Ludouico eius fratre.Nã & furiosi,& ɔñr mẽtecapti sunt sui hæredes patris,& in eos ɔtinuatur dominiũ,& ipso iure efficiuntur hæredes patris sine assensu curatoris, ut est textus in §.sui autẽ,institu.de hæreditat.quæ ab intest.deferuntur, vbi adducitur rõ,& hr̃ in l.si a furioso.ff.de actio.& obli. & in l.si a furioso.ff.si cer. petat.& ponunt scrib.in l.1.§.itẽ acquirimus.ff. de acq.posses.hr̃ etiã in l.fi.C.de cura. furio.qñ tractať de successione paterna,cũ aliis concor. quibus cauetur, filios furiosos & mentecaptos esse successibiles hęreditatis paternæ.Sunt
3 † n.tales personæ in potestate patris,& etiã ipsi retinent filios, si quos habent,in potestate,vt no.in l.patre furioso.ff.de his ꝗ sunt sui,uel ali.iur.¶Solùm dubitationem facit, an ipse Carolus mentecaptus potuerit ab intestato succedere d.do.Ludouico eius fratri,exclusa domi.Barisona filia legitima, & naturali ipsius do.Ludouici virtute statuti Paduani,incipiente, cũ satis honestum, uolentis, fratrem ab intestato succedere fratri pro dimidia exclusa filia ipsius defuncti,cũ ipse Carolus sit mente captus,& nõ possit ɔ̃here matrimonium, & ɔñr nõ habere fi-
4 lios legitimos,& naturales.Circa † quod dicendum vr̃, ꝗ tale statutum gñaliter loquens de fratre debeat interpretari ꝺm ius cõmune.l.si serui vestri.C.de noxa.l.fi.§.in ɔputatione. C. de iu.delibe.l.1.§.lex Falcidia,vbi Bar.Ale.& Mod. ff.ad lega. Falci.& plenè no.in l.quãuis.ff.de in ius vocan.& ꝑ Bar.& ibi latè repet.in l.omnes populi,in 6.q.principali.ff.de iust. & iu. ponit Ale.in l.fructus,col.2.ff.sol.mat.& ad id multa adducit Alb.Bru.in tractatu,ꝗ stantibus masculis fœminę non succe-
5 dant,in 12.articulo principali,q.11.De † iure autem communi frater succedit fratri,qñ nõ adest alius proximior,esto ꝗ furiosus sit, vt probatũ fuit supra circa successionem paternam, & no.C.de legi.hæred.per totum,maximè in auct. cessante, & seq.& in corpore vnde sumuntur,& inst.de legit.agnat.succe. Vnde idẽ debet esse considerata dispositione statutaria. Prout
6 † etiam: quia tale statutum,quatenus concernit inclusionem masculorum, est fauorabile,vt dicit Bal.in l.maximum vitiũ. C.de liberis præteritis,& ponunt docto.in l.venia.C.de in ius vocan.ɔñr debet esse gñaliter intelligendum, imò & extendi, vt latè per Ale.& alios scrib.in l.qui se patris, col.fi.C.vnde libe.& ꝑ Laurentium de Palat.in tractatu, ꝗ extantibus mascu. col.1.& multa cumulat Albert.Bru.in d.tracta.articulo, & q.
7 præallegata.Et † Lap.allega.101.in ciuitate Florentię, vult, ꝗ stante statuto prædicto hæreditas defertur fratri, seu agnato apto ad prolẽ,& etiã non apto ad generandum ,ex quo deferť infanti,& existenti in quacunque ætate, & etiam constituto in
8 articulo mortis, quem constat non posse generare. Item † etiã defertur clericis, qui non possunt matrimonium contrahere, & ɔñr non sunt tales,per quos familia possit conseruari,vt ad plenum concludit Georgius Nata in tractatu,ꝗ stantibus masculis.&c.fol.9.col.3.uer.16.qro,& ad idem multa cumulat Alber.Bru.in d.suo tract.12.articulo principali,in 8.& vltim.q. vbi loquitur de eunucho,& castrato, & de aliis impotentibus ad generandum , & concludit statutum in istis habere locum.

9 Ex † aduerso verò tale statutũ,quatenus excludit fœminas, est odiosum,& correctiuum iuris cõis,vt in d.l. maximũ vitium, & no.in d.l.venia,cũ concor.& ɔñr non debet habere locũ,ni
10 si quatenus verba,& ratio statuti disponãt.Et † ɔsiderãdo verba,& rationẽ præsentis statuti nõ sonant in aliud , nisi vt conseruetur nomẽ familiarũ per lineã masculinã,& bona, & hæreditates,hac de causa perueniant ad masculos,prout etiam erat cautum lege.12.tabu.in §.cæterùm,insti.de legit.agna.succ.& in §.fi.insti.de patr.pote.& in l.1.§.denunciare,ver.publicè.ff. de vent.inspici.& in l.ab omnibus,de leg.1.cum aliis cumulatis per Albe.Brun.in d.tract.in 3.articulo principali, quæ. 1.
11 Quæ † ratio & verba statuti penitus cessant in do. Carolo, ꝗ cum sit mentecaptus,& furioso similis nõ potest ɔ̃here matrimonium.c.dilectus,vbi Car. Abb. & Præpos.extra de sponsa. & ꝑ glo.in c.neque furiosus.32.q.7.nota.in l.patre furioso.ff. de his ꝗ sunt sui, vel ali.iur.& ĩ l.furor.ff. de spõsa. & expressè in mentecapto tenet Soc.vbi adducit alias dec. & rõnes ĩ d.cõsi.47.col.3.nu.9.& 10.vol.3.tenet etiã Dec. consi. 112.in præsenti consultatione,in prin.ɔñr clarè patet,ꝑ ipsum Carolũ fa-
12 miliã nõ posse conseruari.Et † esto, ꝗ cõciperet filiũ naturalẽ; tñ per tales ita natos nõ conseruať agnatio , & familia, vt dicit Bal.in l.certũ.C.vnde legi.& Alex.in additio.ad Bar.in l. pronuntiatio.§.familiæ.ff.de verb.sign.ex quo sequitur, ꝗ ipsa.d. Barisona nõ debet excludi a successione paterna ꝑ ipsum Ca-
13 rolũ inhabilẽ. qui † talis est, vt ꝑ omnia , & in omnibus loco absentis,& quiescentis habeatur.l.2.§.furiosus.ff.de iu.codic. Consequẽter debet haberi, perinde ac si nõ esset in medio , & maximè, cũ statutũ cõsideret illã qualitatẽ conseruationis familiæ,propter quã expressè emanauit,q̃ minimè viget in ipso
14 Carolo. Et † comprobari possunt prædicta ex his, quę ponit Soc.in d.consi.48.vbi vult,ꝗ mentecaptus non succedit in regno,nec in feudo,nec in iure maioricatus,ex quo in eo cessant qualitates,quæ requiruntur,vt succedatur in prędictis,probat lege,ratione,& auctoritate,vt per eum,quæ vigent in casu no-
15 stro stante ratione,& verbis statuti.Et † licet idem Soc.ibi dicat,ꝗ mentecaptus succedit in allodialib.dico istud esse verũ, considerando ius commune, prout ipse ibidem loquitur, sed considerando dispositionem statutariam erit secus,cum statutum consideret qualitatem conseruationis familiæ,quæ cessat
16 in ipso Carolo. Et † hanc sñiam , ꝗ tale statutum non cõprehendat tales personas inhabiles, per quas familia non põt cõseruari, expressè tenet And.Barbat.in c.quod clericis , col. mihi.28.& quatuor seq.extra de foro compe.versi.adde inquantum dictũ est, vbi propriè loquitur in statuto Paduano , & dicit ita consuluisse, cõprobando hanc sñiam rationibus , legib. & auctoritatibus,& rñdendo ɔ̃riis, vt videri potest, & verè attendendo ipsam æquitatem,& rõnem,ac verba statuti,dicti arbitri ab ista opinione recedere non debent,de cuius tñ verita-
17 te aliàs dicam.Illud † autem certissimum est, ꝗ si iste Carolus mentecaptus vellet succedere eius fratri virtute statuti,tamen iste non posset adire talem hęreditatem, nec etiam agnoscere bonorum possessionem,vt hr̃ in l.fi.§.nos autẽ.C. de cura.fur,
18 cum concor.Et † licet eius curator posset agnoscere, vt no.ibi tñ si ipse Carolus moritur in ipsa dementia,talis hæreditas nõ transmittitur,sed peruenire debet vnà cum fructib. perceptis ad ipsam do.Barisonam,quæ ab intestato poterat succedere.d. Ludouico eius patri,si non fuisset ipse Carolus mentecaptus, ita textus in l.hæres furiosi,in prin.ff.de peti.hæredi.quod sequuntur scrib.ibi maxi.Pau.de Cast. qui adducit rationem, ꝗ talis aditio facta per curatorem stat in pendenti,ita vt si mentecaptus non resipiscat,& non cõsentiat,carebit effectu,& habebitur pro non adita, & omnia debẽt restitui venienti ab intestato,& est tex.apertus in d.l.fi.§.sinautem ĩ furore, & tenet Bar.ibi in §.tali itaque,& ẽt Saly. ꝗ adducit aliã rationem , vt ibi per eũ, & idem ẽt Saly.in l.potuit,col.pen.versi.quæri põt C.de iu.delib.dum se remittit ad no. per eum ĩ d.§. tali itaq;, sequuntur etiam doct.maximè Iaso.in l.infantis,per tot.C.qui admit.& idem Iaso.post Fulg.& Alex.in l.si infanti,col.6.ver. hinc dubitat.C.de iure delib.& bñ facit tex. ĩ l. Antistius.§.fi. ff.de acq.hære.& quæ no.Are.ibi in §.si seruus.col.2.uers.glo. in vlt.solu.est etiam gl.in ver.dare.in l.Lucius.§.fi. de leg.2.& ibi Bar.expressè hoc tenet,& melius,& clarius Pau. de Cas.ibi volens non acquiri,nisi resipiscat,& Imo.ibi non contradicit, sequitur etiam Pau.de Cast.in d.l.Antistius.§.fi.& Imo.ibi,dũ se re-

se remittit ad l.fi.C.de cura.fur. & etiā bene facit tex. in l.1.&
ibi Bar.post gl.in ver.q̄ro.ff.de bono.pos. fur.dela. vbi dicit,ꝙ
ipse mentecaptus nō transmittit, sed eo mortuo in dementia
reuertit̄ ad primos hæredes,& ibi parificat furiosum, & mēte-
captū punctaliter in casu p̄senti,quibus consideratis tāto ma-
gis ipsi dñi arbitri poterunt amplecti hanc sniām, vt Carolus
ipse nō excludat do.Barisonā, cū omnino dicta hæreditas vnà
cū fructibus ipso mortuo sit ad eandē peruentura,& circuitus
iste est fugiendus,iuribus vulgarib.Ex quib. etiā infert̄, ipsum
Carolum non potuisse succedere do. Nicolao de Castro eius
auunculo stante persona ipsius do.Ludouici eius fratris habi-
lis.¶Circa 8m dubiū,cū in facto cōstet,ipsum d.Ludouicū ha
buisse in dotē a do.Laura de Rido duc.2274.Item,& durante
matrimonio inter eos ꝯ̄cto habuisse vsumfructū aliquarū re-
rum, quæ peruenere ad dictā eius vxorē iure hæreditario. Itē
& ipsum habuisse aliquas ꝓprias successiones, itē in facto cō-
stet, eūdē fabricasse,& ædificasse in Ciuitate Paduana domū,
quæ prius erat lignea,& ēt in rure in ędificiis expendisse vltra
summam duc.mille.Constet ēt maritasse cōem sororē, & pro
dote ipsius exbursasse duca.1300.Appareat aūt in ꝓcessu, bo-
na paterna cōia fuisse modici redditus, & introitus, taliter ꝙ
ex illis vix commodè attenta nobilitate familiæ, & domus, &
numero personarū,considerata ēt do.Ziliola cōi matre,pote-
rat haberi ꝯdecens victus,& vestitus,cū etiā appareat in pro-
cessu, eundē do. Ludouicū semper parcè,& in parsimonia vi-
xisse,nec dissipasse,nec consumpsisse suos redditus, & bona,&
ēt tēpore eius obitus nullas pecunias reliquisse, dico istis con-
sideratis integrā dotē suę vxoris,& usumfructū rerū vxoris,&
propriarum successionū fuisse cōuersam, & cōuersum ī cōem
vtilitatē rerum prædictarū,& ēt in meliorādo cōia prædia pa-
19 terna,q̄ per prius erant modicæ vtilitatis.Non † n.potest capi
cōiectura alia,ꝙ ex cōmunibus redditib.istud fecerit; cum illi
vix sufficerēt ad uictū,& uestitū familię,ut no.glo.& ibi plenè
scribētes in l.cū oportet.C.de bonis q̄ libe.& ponit Bar.ī trac.
de duob.fratrib.col.2.in 4.q.& Pau.de Ca.in addi.col.2.uers.
sed nunquid emptio p̄dicta,cū aliis adductis p Soc. in consil.
213.consiliis nostris,col.4.uer.tertia ꝯclo,& uer.secūda ratio
est,uol.2.vbi vult,præsumi dotē receptā a fratre immissam in
cōi,sicuti frater immittebat alia bona,& eadē col.uer.pro his,
vult, ad istud probandum sufficere coniecturas, & melius in
20 eodē consil.col.pe.uers.quinta, & vult.ꝯclo.Et † diffusius ista
probātur ex his,q̄ ponit Soc.consil.16.cā quę uertitur, col.2.
& 3.uol.3.ubi ex pluribus concludit,q̄n redditus non sunt,pe
cunias esse habitas,& quæsitas aliunde,uel ex ꝓpria industria,
ponit etiam Deci.consil.255.casus, de quo quæritur.col.2.&
Corn.consi.103.circa primum,col.2. uersi. si autem non ap-
paret,uol.1.& consi.212.in hac consultatione, col.2. in prin-
ci.& in fi.uol.4.¶Ex istis infertur resolutio alterius dubitatio-
nis,in qua quęrit̄,an ipsa do.Barisona hæres eius matris,& cre
ditrix respectu. d.dotis maternæ tēpore p̄sentis diuisionis pos
sit deducere super bonis communib.d.do.Ludouici, & Caro-
li dictas dotes, & alia conuersa in utilitatē bonorū dictorum
fratrum,tēpore quo stabant in communi.Et dicendū est,ꝙ sic.
21 Ex † quo dos posita in communi,dēt detrahi de cōi patrimo-
nio.l.si filia.§.Heratius.ff.fami.ercisc.l.actione.§.si vnus.ff.ꝓ so
ci.& utrobique per Doct.cum aliis adductis per Bald.& alios
in l.si patruus.C.commun.utri.iud.& per Soc.in d. cōsi.213.
col.4.uersi.2.ratio est,& col.pen.uersi.5.& vltima conclusio,
vbi vult,ꝙ ista sunt deducenda prius tanq̄ æs alienum, & seq-
tur Bal.in tract.de duob.fratrib.col.2.uersic. item dicit,& cō-
22 probantur per totum titu.ff.de in rem uers.cum simi.Et † fa-
ciunt,quæ ponit Dec.in d.consi.255.& Corn.consi. 54.24.&
301.in fin.uol.1.& consi.233.col.2.uolu.2.& etiam in fin. &
consi.122.col.1.eodem uol.& consi.214.& 299.in fin. & con-
si.34.& 54.uolu.4.In quibus locis allegantur iura, & decisio-
nes,quibus probatur,& cōiter concluditur,in diuisione bono
rum communiū prius debere detrahi,& deduci ea, quę vnus
ex sociis posuit in communi de rebus propriis,& etiam in tali
diuisione rationem esse habendā de industria,& labore vnius,
vnde nulli dubium, ꝙ in diuisione prædicta prius tanquam
æs alienum integraliter deducenda est ipsa dos.d. do. Lauræ,
& ēt ea quæ ipse do.Ludouicus habuit iure hæreditario,& vl-
terius habenda est cōsideratio industriæ, & laboris ipsius cir-
ca meliorationem per ipsum factam in rebus communibus.

23 Nec † potest ex aduerso dici,ꝙ ipse do.Ludouic⁹ faciebat ma
iores impensas,quàm ipse Nicolaus,vel Carol⁹,nā illę erāt re-
spectu victus,& vestitus uxoris,& filiæ,& inter socios, istæ nō
veniūt ꝯsiderādæ,argumēto tex.in c.si duo fratres,in ti.de duo
bus fratrib.de no.bñf.inuesti.in usi.feu.& no.Bal.Ang.& Pau.
de Ca.in l.fi.C.de coll.cū aliis adductis p Cor.ī d.ꝯs.122.col.
1.& 2.uol.2.ubi vult,ꝙ si duo fratres stāt in societate, & vnus
hēt filias,alter nō,& impensa fit oībus de cōi redditu, non ue-
nit imputāda p alterū tēpore diuisionis, maximè q̄n impensa
nō erat magna & socius,q. habebat filios, erat magis industrio
sus,quā alius,quod ēt sequit̄ Soc.ꝯsi.40.circa primū, col.1. &
2.uol.4.ubi vult,fratres simul habitātes in eadē domo, & mē-
sa non posse petere,si plus fuit expensū de fructib.& redditib.
in familia vnius, q̄. alterius, & ꝙ in illo pluri potius præsumit̄
donatio,q̄ anim⁹ repetēdi,& potissimè in casu nostro,stāte do
24 te ipsius d.Lauræ, cuius † fructus cedebāt.d.do.Lud.eius ma
rito,vt in l.fructus.& l.diuortio.ff.sol.ma. & ponit Socy.in d.
consi.40.col.2.nu.7.& Corn.ꝯs.251.in fi.uol.4. & etiā stante
industria ipsius.d.Ludouici,& labore,& ex aduerso concurrē-
25 te desidia,& inhabilitate.d. Caroli.Et † ꝙ d.impensę non ue-
niāt imputādæ,ponit Cor.consil.58.in fi.& consi. 214.in fin.
uol.4.Et ex istis etiā infertur,ꝙ prędia communia consignata
26 ipsi.d.Barisonæ per ipsum. d. Ludouicū pro † dote materna.
possunt per eandem retineri, cū iusto precio tunc communi-
ter currente fuerint eidem assignata iuxta ea, quæ plenè not.p
Alex.post alios in l.precia rerū.ff.ad leg.Falci.& per Doct.cō-
muniter in l.2.C.de rescin.uen.& per Cano.in c.cū dilecti,ex
tra de emp.& vend.in quibus locis allegantur decis.concord.
* Et * communiter concluditur, iustum precium esse illud, qđ
communiter currit tēpore,quo res assignatur, & traditur pro
aliqua causa, nec attenditur affectio aliquorū particularium,
& illud,quod tales personæ offerunt.Minus etiā attenditur,si
ualor rei creuit post traditionem,ex quo consideratur ualor,q.
currebat tempore traditionis, & pariter dicēdum est respectu
bonorum stabilium consignatorum per ipsum, d.Lud.d.Hie-
ronymo de Doctorib.eius socero pro dote ipsius.d. Barisonæ,
27 cuius summa est duc.2000.Poterat † em̄ ipse.d.Lud. de por-
tione ad eum spectante constituere dotem prædictā, & nomi-
ne ipsius assignare bona stabilia, prout assignauit iusto precio
28 currente,ut superius dictum est.Quæ † cōsignatio fuit, & est
firmissima quò ad portionem prædiorum tangentem ipsum.
d.Lud.cū rei suæ fuerit arbiter,& iudex, & de ea suo arbitrio
potuerit disponere.l.in re mandata.C.mand.cū vulg.Nec po-
test dici,ꝙ dos cōstituta.d.Barisonę fuerit excessiua,nam con-
siderata dote,quā ipse.d.Lud.cępit, considerata etiam perso-
na.d.Hierony.considerato ꝙ vnica tm̄ erat filia,& nullos alios
filios habebat,dos prædicta fuit condecens,& honesta,ut ple-
nè no.in auct.res quæ.C.commu.de leg.& etiam quia poterat
dare in dotem integrū patrimoniū suum,ut in l.si mulier bo-
na.ff.de iur.dot.& per Ale.consi.7.uol.2.& Fran.de Cur consi.
6.& Bald.nouel.in tract.de do.in 6.par.in 14.artic.& priuile-
gio.Quę bona assignata ex dictis causis.d.D.Hieronymo.& d.
Barisonę bene, & iure permittente possunt per eos retineri,&
iure compensationis:cū omnia sint liquidata ex processātis,&
deductis,& etiam iure reconuentionis possideri, cū penes ip-
sos reperiantur iustis titulis,& bona fide pro quantitate pecu-
29 niarum prędictarum. Quę † summa prius consideranda ue-
nit in diuisione ipsa facienda,ut toto titu.ff.& C.de compens.
& in l.cum Papinianus,in aucten. & consequenter. C.de sen-
ten.& interlo.om.iud.& per totū tit.extra de mut.peti. Et po-
tissimè prędicta procedere debent concurrente omni æquita-
te dictante ita fieri,considerata persona.d.Caroli, & etiā con-
sideratis ipsis arbitris, qui de bono,& æquo habent iudicare,
30 8m formā statutorū.Et † decernere, ꝙ d.prędiorum iterū fiat
æxtimatio,non esset nisi deuiare ab omni ęquitate,quod peni-
tus fugiendum est,iux.no.in l.1.C.de legi.& in l.placuit.C.de
31 iud.& in c.fi.de transf.Et † etiā inducere circuitum,qui est pe-
nitus fugiendus,ut plenè no.in l.singularia.ff.si cer.pet.cū cō-
cor. Nec habet obstare,si dicatur, ꝙ hic non cadit compensa-
tio, ex quo fieret de liquido ad nō liquidū ꝯ.l.fi.C.de compē-
sa.Nā tollit̄ obiectio ex quo,ut per superius dicta,nedum sunt
liquida,sed notoria;cū super illis sit factus processus,& publi-
catus,& conclusus,iux.glo.in uersi.liquere,in c.significau. ex-
32 tra de testib.ubi doc.adducūt alias decis.¶†Minus ēt obstat,si
dicatur.

dicatur, ꝙ cõpensatio cessat: quia fieret de specie ad quantitatem, contra d.l.fi.& contra tex.ubi Bar.& alij in l.si cõuenerit la ij.in princ.ff.de pig.act. Nam aduertendum est, ꝙ exceptio compensationis uidetur reconuentio. ut not.in l.neque.C.de compens.& in c.1.& 2.ubi Cano.ex̃ de mut.pet.& not Bal.in l.fi.C.de sent.& interloc.& Ale. cons.118.titulus quæstionis, 33 col.2.uol.2.& cons.86.super prædictis,uol.5.† Reconuentio autem potest fieri de specie ad quantitatem. & econtra, ut in d.l.Papinia.& d.auth.& ꝯñr,& toto titulo, extra de mut.peti. ita etiam, & compensatio capiendo eam in uim reconuentio-34 nis.Prout † etiam cessat obiectio: quia compensatio capitur pro retentione, ut no.in l.in restituenda.C.de pet.hæred.& in l.ẽt.ff.de compen.& ita capiendo, absque dubio ipsi d.Barisõnæ,& eius marito competit retẽtio, & sic compensatio, ut no. 35 in d.l.si conuenerit,in prin. Quæ † retentio denegari non potest, ut habetur in l.ex quibus cau.& in l.qui exceptionem.§.si pars,& in l.si in area.ff.de condictio.indebi.cum alijs concor. 36 Imò,† & fortius, esto ꝙ non competeret compensatio, capiendo eam strictè,& in specie: tñ competit retentio, ut per plura concludit Corn.consi.61.uisa, col.8.& seq.uol.3.& probatur in d.l.si conuenerit,& in alijs iurib.concor. ¶Circa aliud dubium, in quo quæritur, quæ,& qualis societas uideatur esse cõtracta inter ipsum do.Ludo.& Carolum: cùm toto tempore, quo do.Ludo.vixit, semper habitauerint insimul, & semel in eadem domo,& mensa, consentiente,& patiente ipsa do.Ziliola communi matre,& pro tempore tutrice, & curatrice ipsius Caroli. Et omissis multis, quæ possent hincinde adduci, attẽta 37 persona ipsius do.Ziliolæ tutricis. Videtur † dicendum, contractam fuisse societatem omnium bonorum: ut no.in l.in cõductionib.ff.pro soc.& per Bald.in l.si patruus, col.fi.C.com. utr.iud.& ponit Ias.in l.1.col.2.uers.1.limita.C.qui testa.fac. poss.cum alijs adductis per Dec.consi.21.uiso puncto, col.1.& per Corn.consi.1.col.pen.& fi.uol.1.& consi.213.in prin.uo 38 lu.3.& per Soc.cons.4.in prin.uol.4.Tñ † considerando qualitatem,& inhabilitatem d.Caroli, qui nec verbo, nec facto poterat dictam societatem omnium bonorum contrahere, nec consensum tacitum, vel expressum pręstare. Cum pręterea nullum actum promiscuum fecerit, pp quẽ posset colligi eius uoluntas, non potest dici modo aliquo inter eos contractam fuisse societatem omnium bonorũ, sed potius sumus in casu, qñ mortuo patre fratres insimul habitãt in domo paterna retinẽdo in communi hæreditatem patris, & uiuendo communib. expensis, per quos actus inducitur tantummodo communicatio & societas in prædictis, ut plenè habetur per Bal.& Alber. de Rosa.& alios Mod.in d.l.1.C.qui testa.face.poss.adducentes tex.in l.ex parte.§.si filios.ff.fami.ercis.& in l. idem Papin. §.si fratres.ff.pro soc.cum alijs adductis per Ale.consi.23.cõsideratis his.col.2.uol.2.& per Deci.in d.cons.21.col.2.& 3. ubi adducit plures decisio.& plenè habetur per Soc. in d.consi.40.in prin.uol.4.& consi.4.& 6.uolu.4.& consi.213.col.2. vers.vnde ex præmissis, vol.2.& bene per Corneum cons.9.uolu.1.& cons.299.uolu.4.& per Ias.in d.l.1.col.2.& 3.vers.secundus casus,& uers.tertius casus, ubi propriè ponit, qñ sunt duo fratres maiores nobiles, & diuites, & non negociant̃, uel qñ unus tm̃ negociatur,& alter non, concludendo istis casib. non contrahi societatem omnium bonorum, & tanto magis procedunt in casu nostro, cum ipsa do.Ziliola tutrix, & curatrix pro tempore domini Caroli nullum fecerit actum promiscuum nomine ipsius, propter quem posset colligi, societatem 39 omnium bonorum esse contractam. Et† etiam nec uerè, neq; fictè Carolus ipse poterat talem societatem contrahere, ex no. in l.qui ad certum.ff.loca.& in l.1.in prin.ff.de uer.obli. Fuit igitur contracta societas in retinendo hæreditatem patris in communi,& in uiuendo cõmunibus expensis,& quicquid circa cõmunem utilitatem de proprio expensum fuit ab ipso domi.Ludouico prius detrahendum est, ut superius fuit conclusum. Bene autem auctoritas ipsius dominæ Ziliolæ tutricis,& curatricis do.Caroli profuit ipsi do.Ludouico,& etiã prodest ipsi do.Barisonæ,& eius marito, ut non teneantur reddere rõnem administrationis, ad quam tenebatur ipse D.Ludouicus, si non fuisset ipsa do. Ziliola tutrix, & curatrix, vt habetur ex nota.per Dec.in d.cons.255.in prin.ubi ad id multa adducit. ¶Nec prædictis habet obstare, si dicatur, ꝙ ipsa do.Barisona,& eius maritus debent restituere fructus, quos perceperunt ex d. prædijs pro medietate tangente ipsum Carolum. Nam cessat obiectio: eo quoniam ipsa d.Barisona cępit pędia consignata a patre, respectu dotis matris suæ, & tanquam creditrix in d.dote, & bona fide illa tenuit,& possedit,& titulo iustissimo. 40 Quo † fit: ut tales fructus cesserint eius lucro. l. bonæ fidei emptor.ff.de acqu.rer.dom.l.sed,& si lege.§.utrum.ff.de peti. hęre.l.fructus.l.ex diuersa, in prin.ff.de rei uẽd. Pariter,& ipse D.Hierony.tales fructus fecit suos, cum dicta bona possederit iusto titulo,& bona fide, & sibi assignata pro dote, ut not.in l. fructus, & in l.diuortio.ff.solu.matri.quib.omnibus consideratis, resultat vera conclusio, ipsam d.Barisonam,& eius maritum debere absolui, & liberari a petitione contra ipsos facta ꝑ partẽ aduersam. Cum iusta de causa, bona fide,& iusto titulo, & iusta ac honesta pręcedente existimatione possideant dictos campos, quod indubitatum est respectu portionis tãgentis dictum do.Ludouicum. Et quò ad portionem tangentem ipsum Carolum idem erit dicendum, cum in ea ipse do.Ludouicus, & successiuè ipsa d.Barisona,& eius maritus fuerint,& sint ueri creditores pro summa & quantitate liquidata, & quib. meritò cõpetit reconuentio, compensatio,& retentio,& circuitus omnis sit uitandus, vt s̃.sigillatim dictum est. Paris.Pad.

¶ Clarissimi, atque Celeberrimi Iur. vtriusq; Excellentissimi domini Petri Pauli Parisij Consentini Secundum volumen Consiliorum explicit.

nium. Amen. Tibi laus
tibi gloria tibi gratiarum
[illegible] ubi sca [illegible]
Per immensa secula [illegible] equum
[illegible] et pro nra
hec sacrificium quod excelsa tue
maiestatis in signis ob-
[illegible] tibi sit acceptabile
nobisque omnibus per quibus
illud obtulit sit te miserante
propitiabile. Qui nunc
et regnas deus. Per omnia
secula seculorum. Amen.

In die pasce ad missam
offitium:

Resurrexi
et adhuc
tecum sum
alla posui
sti super me
manum tuam alla mirabilis
facta est scientia tua alla alla
Ps. Domine probasti me et cogno-
visti me tu cognovisti sessionem
meam et resurrectionem meam. Gloria
patri. Gloria in ex. Oro.

Deus qui hodierna
die per unigenitum
tuum eternitatis nobis


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm